IRENICUM, SIVE DE UNIONE ET SYNODO EVANGELICORUM CONCILIANDA LIBER VOTIVUS PACI...

David Pareus, Valenti Gonzaga




Irenicum,

sive

DE UNIONE ET SYNODO EVANGELICORUM CONCILIANDA

LIBER VOTIVUS

Paci Ecclesiæ, & desiderijs pacificorum dicatus



A

DAVIDE PAREO
S. LITERARUM IN ACADEMIA
ARCHI-PALATINA PROFESSORE
SENIORE.

HEIDELBERGÆ,
Impensis JONÆ ROSÆ librarij Francofort.
TYPIS Johannis Lancelloti, *Academiæ Typographi.*

CIↃ IↃC XV.

Cum gratia & privilegio S. R. Imp. Vicarij ad decennium.

L

Pſalm. 134. 1.

NIL CHARITATE MUTUA FRATRUM,
NIHIL
JUCUNDIUS CONCORDIA.

Rom. 8. 13.

NON ERGO AMPLIUS INVICEM IUDICEMUS: SED HOC IUDICATE MAGIS, NE PONATIS OFFENDICULUM FRATRI, VEL SCANDALUM.

AD LECTOREM

DE SCOPO ET ARGVMENTO LIBRI: AVTHORIS ὑπόμνημα.



ABES, Christiane lector, votivo hoc IRENICO breviter explicata & ventilata omnia, de conciliandis Evangelicorum dissidijs, immane jamdudum noxijs Ecclesiæ Dei.

SCOPUS authoris fuit, in tam varijs consiliorum, judiciorum, querelarũ, irarum, criminationum, defensionum labyrinthis, planam & placidam viam monstrare, qua Ordines atq; Theologi Evangelici (si modo hos tandẽ miseratio tangit gemiscẽtis Ecclesię) bonum diu desideratum, h. e. cõcordiam & pacem in Domino persequãtur, votiq; compotes fiant. Non fuit animus, quemquã lædere, vel in arenam provocare: imo potius læsionibus & provocationib. modum ponere. Quod studium etsi forte non omnibus placebit, πλείονες γὰρ οἱ κακοί: & Satan pacis inimicus

Tyria

Tyria, quod dicitur, maria concitabit, (alijs enim consensus Evangelicorũ dolebit, alios bellum Papistarum mordebit) sciant tamen illi, nõ sibi suisve affectibus, sed PACI Ecclesię & desiderijs pacificorum id esse dicatum. His dũmodo nõ displiceat, placeat vero nobiscũ supplices manus ad DEUM PACIS pro pace Ecclesię attollere: imo etiam auxiliatrices dextras operi promovendo pro cujusq; virili admovere: illis sane calamis infestis ungues vulneribus Ecclesiæ adferre fas per nos esto: vel classico novo

Bella geri libeat, nullos habitura triumphos.

Sentient isti, non frustra in se stringi Apostolicam imprecationem: *Vtinam etiam abscindantur, qui vos inquietant.* Cõtra gaudebunt alij dulcissima Servatoris voce: *Beati pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur.* Irenicum igitur erit Irenicũ: nec fiet Polemicum.

ARGUMENTUM est tripartitum.

PRIMA parte, diversa ad scopum media discutiuntur, scriptionibusne an colloquiis Theologorũ, an vero Synodo Evangelicorũ perveniri ad eum posse videatur: Synodũ

vero generalem tum neceſſariam, tum poſſibilem hodie eſſe, qualique forma, ut bene ſuccedat, inſtitui debeat, capitibus primis XI. oſtenditur.

ALTERA parte ἐπηρέτημα quoddam Synodi Evangelicorum ſternitur, atq; ſyncretiſmũ ſive amicabilem conventionẽ adverſus Papatum neceſſariam eis eſſe, graviſſimis rationibus demonſtratur: Cõtraria vero quorundam ſententia, quod Lutherani potius cum Papiſtis, quam cum Reformatis Eccleſijs conſpirare debeant, præpoſtera & noxia eſſe docetur: & ad refellendam opinionis ejus rationem, conſenſus Evangelicorum adverſus Papiſtas in CLXV. tũ Catholicæ fidei, tum Theologicæ ſcientiæ Articulis breviſſime exponitur: à capite XII. uſque ad caput XXVI.

TERTIA parte impedimenta coitionis Evangelicorum removentur triplicia. PRIMI generis ſunt calumniæ Papiſtarum de bello QUINTI EVANGELII, quod rabula quidam Jeſuiticus in Lithvvania conflatũ ante pau-

cos annos Coloniæ evulgavit: ſeu, de plurimis & irreconciliabilib. Evangelicorum cõtroverſiis: quas neq; multas, neq; irreconciliabiles eſſe docetur. Contra vero BELLUM PAPISTICUM ἀσπονδον in CCXXXIX Sophiſtarum contrarietatibus & contradictionibus demonſtratur, capite XXVI. & XXVII. SECUNDI generis ſunt accuſationes falſę de falſis vel abſurdis Orthodoxorum dogmatibus: quæ omnia articulos vel falſo, vel non bona fide eis impoſitos eſſe, AUGUSTINI exemplo, & fere verbis cõprobatur, capite XXVIII. DENIQUE Tertij generis ſunt MOTIVÆ ſeu Rationes quorundam, Principib. ſuis Unionem cum Reformatis Eccleſijs diſſuadentium, quibus modeſte & ſolide reſpondetur, capite XXIX. HABES, lector Chriſtiane, omnia. Tu bonus, poſito ſiniſtro affectu, prędjudicio vacuus lege, prudẽs judica, gratus fruere, pius vale, & paci Eccleſiæ favens ora:

PROPITIUS NOBIS DA PACEM JEHOVA.



ΕΠΙΧΑΡΜΑ

De aureo hoc Irenico.



Vm vagus externis lustrans indagine mundum
Montibus errarem, miserandas mente revol-
vens
Sollicita lites, risumque jocumque cientes
Invidia, gemitusque piis, quas sparsit ab antris
Tartareis Stygia coluber male callidus arte
Inter Christicolas: Proh qua dementia fratres!
Quis furor iste recens eheu truculenta cruore
Parve tuo Christi grex cur hostilia pascis
Lumina? det tandem ô det pacis ab athere Princeps
Lassatis requiem membris; inimica perurat
Ora pudor, mens θεόπεμπτος adobruat horror.
Dum loquor, ex imoque trahens suspiria corde
Conqueror, ecce procul veneranda cerno decorum
Canitie adventare senem, cui pulchra sub ipsis
Fulgebat canis facies, promissaque barba
Æquabat niveo lactis candore liquorem.
Tegmen erat capiti decerptus ab arbore ramus
Palladia, manibusque codex gestamen apertus.
Solus ita ingrediens cantu loca sola suavi
Mulcebat, tacitos frænantia flumina lapsus
Auscultant, dio mitescunt carmine tigres;
Non metuunt agni ve lupum, aut lupus ipse leonem

Paca-

Pacatum exutus rabie; non bucula gramen,
Non curant frondes damæ, cythisumve capellæ;
Vndique conglomerantur aves, ramisque sedentes
Dulces aure bibunt modulos, non ulla susurris
Obstrepit, ipsa lubens reticet Pandione nata:
Auritis dat sylva sequax umbracula ramis:
Mollita inclinant dociles fastigia cautes.
Non sic æquoreus gavisus Arione vector,
Ismaria non Calliopes Rodopeia prole
Tesqua, nec intonso Permessi flumina Phœbo.
Ille etenim numeros cantans referebat Hebræos,
Qualia sacratæ quondam sub rupe Sionis
Regius æthereo vates modulamina, plectro
Personuit, responsa Iovæ ac miracula pandens.
Hic ego sedato gemitu, spiramen anhelum
Continui, taciteque umbra protectus opaca
Consedi, canit ille, ego pauca hæc auribus hausi:

Quam juvat unanimi fratres spectare ligatos
Vinclo! quanta vehit commoda talis amor!
Balsama ceu fluido manant redolentia rivo
De capite & barba vestis ad ima sacræ.
Qualis & aerij exhilarans argenteus humor
Roris ab Hermonis florida prata, jugis.
Quique Sionæos saturans uligine colles
Vere novo palla versicolore tegit.
Par ubi fida manet, pleno Deus omnia cornu
Accumulat, lætos dat sine fine dies.
Dissipat ingentes demens discordia gazas,
Divisisque ferox hostibus hostis adest.
Exiguum felix auget concordia censum:
Vnitoque pavens hostis ab hoste fugit.

O igitur manante Dei gens emta cruore,
O æterna manet quos super astra quies,
Vivite concordes, irarum pellite causas,
Pignora quæ fastus gignit amorque sui.
Mitia sic placide grex carpes pabula, nullos,
Quippe canes abigent, experiere lupos
Fronde tegit sylvas, vernanti prata decore
Vestit, agros onerat frugibus OPTIMA PAX.

Dixerat; omne simul resonat nemus OPTIMA PAX, PAX,
OPTIMA PAX *pulsis retulerunt saxa cavernis.*
Interea duplici mihi mens exercita cura
Hæsit in ambiguo, meliusne accedere vatem
An remeare foret, timor hoc, amor imperat illud.
Vincit amor, cœlestis amor, zelusque Tonantis;
Obvius has promo fidenti pectore voces.
O liceat venerande pater, quid carmina læti
Ista ferant, quæ causa viæ, quas orbis in oras
Tendas, quodque tuum venerer cognoscere nomen.
Tum placido senior vultu, quam tristibus, inquit,
Haud reor ignoras agitata Ecclesia rixis
Ingemat, è solio crebri suspiria planctus
Audiit astrigero, tandemque ex axe labores
Respexit gregis ipse sui miseratus inanes
Pastorum Princeps: mihi dum spelæa ferarum
Incolo, deformis quærens solatia luctus,
Inq; dies lachrimas deserti fluminis undis
Misceo, luce novans miseras & nocte querelas,
Pacifici afflatu divinos Pneumatis hymnos
Tradidit, è sacro monstrans patefacta libello
Arcana, ætherei gens sancta ut carminis huius
Dulcibus oblectata modis in mutua fratrum

Oscula

Oscula prona ruat, positisque resumat amicum
Dissidiis animum, concordi pace ligata.
Est locus Hesperia vergens quem lampade Phœbus
Lustrat, immensus patulis complectitur ulnis
Oceanus, patribus prius Albion, inde nepotum
Dicitur à multis iam magna Britannia sæclis.
Huc iter est, hic Christus oves & pascua læta
Possidet, hic sacro fidum diademate sancti
Pastorem cinxit populi, qui nomine lucta
Bethela insignem reddit, cui Marte togaque
Artibus, & rara in terris pietate secundus
Haud alius, spatium quem non disterminet amplum;
Huic jubeor dare dulce melos, vigilantia cujus
Et sacra Majestas ad oves per inhospita sparsas
Saxi, suaviloquus pastorum mille sonandum
Tradet arundinibus, quo dilinitus in unum
Vnius Opilionis eat grex omnis ovile.
Iamque vale, prono rutilos agit impete currus
Cynthius. Ah Pater (exclamo) mihi cætera paucis
Expedias, nomen memora; Ne talia, dixit,
Quæso obstacla viæ ponas, satis esto Iehovæ
Audisse hæc mandata: Deo *DILECTUS *Hebrais,* דודי D[i]lectus unde דוד.
Graiis *EX ORIENTE *volo, præcepit Iesus* *παρῆνς
Carpere iter memori servantem carmina mente, *Anagrammatis. DAVID PAREUS.
*PARÜT, *at ex alto tu* DA DEUS *æthere pacem.*
Dixit, abit: recolens composta hæc mente quiesco.

O quam decorum montibus arduis
Blando renident candiduli pedes
Piis ab alta annunciantum
Pacis opes stabiles beatæ.

I pater felix volucri secunda
Quique regalis velut undam habenas
Pectoris solus moderatur, idem
Capta secundet.

Publicæ pacis gaudio & senis hujus præceptoris sui colendissimi amore gratulabundus scripsit

JOANNES FORBESIUS Catharisius Scoto-Britannus.



INDEX CAPITUM
LIBRI VOTIVI.

VI.



Irenicum,

ſive


DE UNIONE ET SYNODO EVANGELICORUM CONCILIANDA

LIBER VOTIVUS

Paci Eccleſiæ, & deſiderijs pacificorum dicatus.

IRENICVM, SIVE DE VNIONE ET SYNODO EVANGELICORUM CONCILIANDA LIBER VOTIVUS

Paci Ecclesiæ, & desiderijs pacificorum dicatus.



CAPUT I.

Quod de componendis Evangelicorum dissidiis alia aliorum sint judicia atque consilia.



NONAGESIMUS labitur annus, ex quo infelix illud de S. Eucharistia dissidium, inter duos primæ notæ Theologos, Evangelii vindices, Papatus profligatores, MARTINUM LUTHERUM in Saxonia, & HULDRICHUM ZWINGLIUM in Helvetia, infausto sidere concitatum, Ecclesias

Dissidiũ Eucharisticum.

Evangelicas in Germania fatigat, debilitat, lacerat, Papistarum oculos pascit, animos obfirmat: Papæ regnum sustinet, stabilit. Vident hoc sapientes & pii viri passim cum gemitu, tantisque malis finem imponi tandem posse exoptant.

UT VERO in alto civitatis incendio, qui ad restinguendum accurrunt, alii aquas clamant, alii situlas poscunt, alii scalas parietibus advolvunt, alii, qui violentiores esse volunt, uncos tignis infligunt, culmina diripiūt, flammamque ruina opprimendam vociferantur: Ita prorsus comparata res est in hoc spirituali incendio: ut restinguendi alii alias rationes adferant, suadeant, clament, vociferentur.

SUNT, qui moderata partium scripta sufficere posse judicent: SUNT, qui placidis Theologorum colloquiis & disputationibus rem tentandam, verumque definiendum tandem arbitrentur. SUNT, qui solenniore Theologorum congressu ac Synodo, cujusmodi remedio Ecclesiæ vulnera curare, & controversias obortas sopire semper solenne, & in more positum fuit, opus esse existiment. SUNT denique, qui hæc omnia frustra pridem tentata & factitata dictitent. Quid enim, inquiunt, tot profectum est scriptionibus, quas decem nemo plaustris ad tertium lapidem provehat, & quarum huc usque nec modus, nec finis fuit ullus? Quid tot profuere disceptantium Theologorum colloquia atq; litigia: nisi quod infestioribus subinde animis discessum est, quam fuerat conventum, & acerbioribus dehinc scriptis lites de litibus fuerunt satæ & cumulatæ, vulnera Ecclesiæ non sanata, sed exulcerata magis? Synodos habitas plus satis; Bergensem Concordiam, tot principum & Magnatum firmatam chirographis, tot millium Theologorum pro-

Dissuadentium rationes.

batam ſubſcriptionibus, pro ſynodico decreto merito ſufficere oportere. Synodum, qualis poſcitur, ex earum rerum genere eſſe, quas optare magis, quam ſperare liceat: priuſque in navi cadentem à ligno excidere, quam Synodum uniuerſalem Evangelicorum præſenti rerum ſtatu coire poſſe. Ac ſi omnino aliquando coire poſſet, parum tamen exinde fructus ſperandum: quandoquidem Theologi contentioſi, non ſint alii futuri in Synodo, quam nunc ſunt in cathedris & chartis: & juxta a Auguſtinum *nemo ſit, quem non pudeat convinci diſputantem: eoque ſemper eveniat, ut rem bene inductam ad diſcutiendum inconditus pervicaciæ clamor explodat.* Unde magnus ille Theologus b NAZIANZENUS. *Ego,* inquit, *ſi vera ſcribere oportet, ita animo affectus ſum, ut omnia Epiſcoporum concilia fugiam: quoniam nullius Concilii finem lætum fauſtumque vidi: nec quod depulſionem malorum potius, quam acceſſionem & incrementum habuerit.* Remedium proinde compoſitionis ſupereſſe nullum, aiunt illi, niſi harpagones & uncos: ut ruina alterius partis incendium tandem conquieſcat.


a *Aug. l. ſolioqui. c. 7.*

b *Gregor. Nazia. ep. 42. ad Procop.*

QUI QUIDEM, ſive ex diuturni incendii fervore plus ſatis fuliginoſi, ſive ex ſplendido foco nimium fervidi, parum conſiderate loqui mihi videntur, non cogitantes, ruente domo, flagrantia tecta fumantiaque rudera in ſua ipſorum capita recaſura eſſe. Multo convenientior æquitati priorum illorum putanda ſententia eſt: nec, quia per varias conciliationis vias, quas monſtrant, ſcopus nondum contingi potuit, ideo conclamatum videri debet. Potius remoræ ſucceſſum hactenus impedientes conſiderandæ, & prudenter amovendæ erunt: quam ſanis cōſiliis ſine ratione obſtrependum. De ſingulis igitur conſiderationem paulo æquiorem inſtituamus.

CAPUT II.

Cur hactenus Theologorum scriptionibus parum profectum sit: & an aliquid illa profuerint, ac prosint?



CRIPTIONIBUS & Apologiis Theologorum nihil aut parum hactenus profectum esse, haudquaquam dicendum est. Utra enim pars in controversia de orali manducatione, & de Ubiquitate carnis Christi, veritatem à suis stantem partibus habeat, plurimis legentibus exinde innotuit. Idque vel ex eo manifestum, quod ὀρθοδοξία de his capitibus paucorum annorum spatio longe lateque in Germania & regnis exteris, non humana vi, sed divino munere, miraculoque sese diffudit, indiesque diffundit.

Scriptiones Theologorum nō fuerunt inutiles.

QUOD si certamina publica scriptionibus sopiri nondum potuerunt, id imputandum est illis Theologis, qui alterius partis responsa & commentaria nec importari in ditiones suorum Principum & civitatum, nec lectione cognosci sinunt, sed pœnalib. edictis prohibent: quique magis gloriolam suam & existimationem amant, quam veritatem synceram promotam cupiunt. Abigantur vero hæ remoræ: controversiæ Theologicæ exponantur & agitentur stylo non Lycambæo, ut hactenus: sed Theologico, ut decet, hoc est, candido & mansueto. Libera sint librorum utriusq; partis ubiq; commercia atque judicia, sicut apud nostros sunt libera: qui causæ suæ non metuunt, & procul dubio intra tempus non longum scriptionum Theologicarum ad pacem fructus magis etiam patescet.

Cur certamina scriptionib. nondum sopiri potuerint.


CERTI

CERTE nec AUGUSTINO hæc via olim displicuit. Satius enim is putavit, si aliquando cum adversariis non coram, sed per scripta disceptaretur. HONORATUM Donatistarum antistitem laudat, quod de rebus fidei per literas agere voluerit: a *Ubi*, inquit, ***nullus turbarum tumultus perturbare possit disputationem nostram.*** Et ad CRISPINUM Donatistam: b *Ego*, inquit, *statui, nihil de hac re agere vobiscum: nisi per litteras.* Utinam vero Brontes aliquis vel Vulcanus ipse omnes illas maledicas chartas, quæ orbem Christianum hactenus perturbant, devoraret, ut aliæ magis sobriæ utrinq; locum invenire possent: Quod si aliquando Principum Evangelicorum authoritate obtinebitur: utique adversariæ Theologorũ scriptiones nec deinceps infructuosæ, nec diu necessariæ erunt.

a *Augu. epist.* 172.
b *Epist.* 172.

CAPUT III.

Cur Theologorum colloquia hactenus parum successerint: qualiaque sint probanda, vel recusanda.



OLLOQUIORUM successus quod attinet, neque hi nulli fuisse existimandi sunt, ideo, quod conciliatio per ea nondum est facta. An exiguum putabimus, quod MARPURGI anno CIↃ IↃ XXIX. inter dissidii huius antesignanos LUTHERUM & ZWINGLIUM, qui δὶς διὰ πασῶν discordare doctrina vulgo putabantur, uno congressu per omnia fuit consensus firmatus, sola reali corporis Christi præsen-

Colloquia non omnia fuerunt irrita.

tia

tia in pane Eucharistiæ excepta? An colloquia Melanchthonis, Buceri, Martyris cum Papisticis Doctoribus Ratisbonæ, Wormatiæ, Oxonii instituta & iterata Ecclesiis Evangelicis infructuosa fuisse dicemus? Quæ annis quinquaginta proximis inter dissidentes Evangelicorum partes Heidelbergæ, Mulbrunnæ, Monpelgardi fuerunt inita, tales fere sortita sunt exitus, quales pars utraque voluit. Neutra enim à proposito dimoveri, vel in sententiam adversariam trahi voluit aut potuit. QUOD vero rebus & animis magis compositis discessum non fuit, sed oleum camino, quod aiunt, additum: quid mirum, *si altera pars disquisitionibus suis non veritatem conata est assequi, sed* VICTRIX *videri.* ut ait GREGORIUS: si ad æquas disputandi leges vix se passa est adigi: si antequam ad scopum ventum esset, collationes abruptæ fuerunt?

Colloquia quædam cur irrita.

Colloquia vetera.

EXTANT exempla disputationum veterum, quas ceu irritas obiiciunt aliquando Papistæ, Gaii cum Proclo Mõtanista, Archelai cum Manete, Origenis cum Berillo, Malchionis Presbyteri cum Paulo Samosateno, Hilarii cum Auxentio Ariano, Athanasii cum Ario, Basilii cum Photino, Augustini cum Pascentio Comite Ariano, Felice Manichæo, Fortunio, Emerito, aliisq; Donatistarum Episcopis, &c.

VERUM haud irritas fuisse idcirco putandum est, si hæretici convicti vinci non potuerunt, ut manus darent, blasphemare desinerent, veritati subscriberent. Hæreticæ enim pervicaciæ exemplum recens nobis prodiderunt hæreticorum coryphæi JESUITÆ Ratisponæ, qui bus quoties in augustissimo consessu vi veritatis constrictæ fauces hærerent, unicus hic spiritus restabat, ut adversarium non respondere AD FORMAM, AD FOR

Colloquiũ nuperum Ratisponense.

MAM exclamarent: interim tempus aliquid comminiſcendi captantes, ut legentibus librum Actorum Ratisbonenſium paſſim obſervare licet. Non, inquam, ideo vel huius, vel veterum illorum colloquiorum fructus nullus fuit. Magnus eſt fructus, magna utilitas, ἀδολεσχίας Sophiſtarum detectio, docilium in veritate confirmatio: ſine quibus, colloquia recte inſtituta raro abiiſſe, exempla vetera & recentia docuerunt.

RECTE vero quæ ſint inſtituta colloquia, tametſi definire ſit difficile, cum alia aliis placeant: & temporum, perſonarum, eventuumque circumſtantiæ vix ullis legibus circumſcribi poſſe videantur: dicam tamen aliquid hic generatim. Plurimum equidem intereſſe, primumq; conſiderandum exiſtimarim, qui, adverſus quos, coram quibus, & quò fine certamen ſubeant. Certe non eſt omnibus datum, etiam eruditis viris, bene docere & bene diſputare. Non igitur adhibendi ſunt, niſi ad diſputandum viri idonei, & donis ad eam rem neceſſariis, hoc eſt, diſſerendi, argumentandi, judicandi, arguendi, convincendi peritia & facultate inſtructi. Neque tamen id ſatis, niſi iidem ſint pii, candidi, moderati, *veritatem & pacem diligentes*, juxta a Dei præceptum: Non ſuperbi, contentioſi, ambitioſi, locutuleii, clamoſi, præcipites: protervi, Davi aulici: victoriam, non veritatem, gloriam non pacem quærentes. Cum talibus enim nemo prudens facile congredi velit, aut debeat: quia centies convicti, pudefacti, non ſemel cedent, erubeſcent: ſed *fruſtra tunc lumen cæcis, ſermo ſurdis offertur*, inquit b Cyprianus.

Colloquia recte instituta quæ sint.

Qui ad colloquia adhibẽdi.

a *Zach. 8. 10.*

b *Cypriã contra Demetr.*

MODERATORES & arbitri requiruntur plures, viri prudentes, rerum tum humanarum, tum divinarum, & ſcripturarum ſacrarum peritiſſimi: quales prof. cto

Moderatores & arbitri colloquiorum qui?

non ſunt omnes magiſtratus aut principes. Multi enim putant, ſicut fit in litibus coram prætore, penes eos ſtare victoriam, qui vel audacius, vel ad captum & rationem auditorum pauſibilius de cauſa ſua diſſeruerunt.

Auditores colloquutorum quales?

AUDITORUM maior pars ut judicio in divinis minus valet, ita facilius turbatur & implicatur, quando ſophiſtas loquacitate & clamoribus pro ſua cauſa primas & ultimas obtinere in theatro vident. Itaque quod *Seneca* apud a Gellium prudenter monuit. *Adoleſcentum indolem non tam juvare, quæ bene dicta ſunt, quam inficere, quæ peſſime, multoque magis, ſi & plura ſint, quæ deteriora ſunt*: id omnino circa contentiones de religione conſiderandum eſt. Plerique enim judicio circa res divinas, non ſenſiles, ſed νοητὰς καὶ πιστὰς, *mente & fide tántum perceptibiles*, plus quam adoleſcentes & pueri ſunt. Unde fit, ut plerunque, quæ à meliore parte dicuntur bene, non tam juvent, quam inficiant ea, quæ à parte adverſa contra veritatem dicuntur peſſime: maxime, cum & plura ſoleant eſſe, quæ deteriora ſunt. Loquaciſſime enim inſtant ſophiſtæ: &, ut poſtremi aures auditorum occupent, ſtudioſe dant operam. Ut ne dicam, naturali hominum vitio facilius arridere mendacium, quam placere veritatem: ſicut citius inhæret menti prava cantio, quam pia concio.

a Gell li. 12 Cap 2

Colloquutoribus paucis an fides ecclesiæ committenda?

b Liv li. 1

DENIQUE, quod caput rei eſt, periculoſum ſemper videtur, duorum vel paucorum facundiæ, peritiæ, affectibus totius Eccleſiæ cauſam committere, ut cum illis ſtet vel cadat religionis veritas, eccleſiarum incolumitas: quomodo b Romani olim cum Albanis controverſiam de imperio ternorum athletarum duello diremerunt. Neq; de periculi huius cauſis eſt quod dicam, cum omnibus ſint manifeſtæ: notum etiam ſit illud, *ut ſum-*

mum

num Oratorem, ita summum sophistam, nōdum natum esse: Cum primis aulicorum quorundam cavenda imprudentia est, qui Theologorum suorum confisi loquentia & audacia, colloquia suadent, poscunt, provocant: ut Theologorum de religione, quasi gallinaceorum de fimo certantium, pugnis sese oblectent, suorum victoriis triumphent.

QUID igitur? De colloquiorum Evangelicorum & hodie rumor circumfertur. Suadent hi: dissuadent illi: utri consultius, in incerto videtur. ILLI, necessarium putant, eo, quod scripta partium à paucis legantur. ISTI, non necessarium, eo, quod scripta à pluribus legerentur, nisi pars altera suos à lectione arceret. ILLI, colloquiorum usum semper magnum fuisse obtendunt: ISTI, temporum injurias, hominumque affectus, usum colloquiorum intervertere solitos considerant, & latrees non lavandos censent. ILLI, unos alteris poscentibus de fide ad respondendum teneri, a Petri apostoli [a] 1. Pet. 4. 15.
praecepto, dictitant: ISTI annuunt, si modo illi id, quod poscunt, non ut nomen suum jam norint: si docilitatem afferant: nec dolo poscant. ILLI, quasi metuentibus pedem conferre, malam causam obijciunt. ISTI, nec metum nec diffidentiam causæ (quis enim veritati manifestæ diffideret?) sed obstacula multo æquissima in adversariis ipsis hærentia ostendere habent: *quod*, qui accusant & *Causæ colloquiorum dissuadentes*
lacessunt alios, ipsi variorum errorum rei peraguntur:
Si quis autem reus factus est: purgare se debet: nec ante potest accusare, quam fuerit excusatus. 1.
Nec debet actori licere, quod reo non permittitur: *quod* varie ipsi à praece- 2.
ptoribus, collegis, sociis suis, & à se ipsis invicem in
multis diffident: *quod* toties cum illis frustra (quantum 3.
ad ipsos) colloquia fuerunt habita: colloquia vero mo- 4.
dum & metas suas habere convenit: *quod*, experientia

5. testante, nihil illi nisi gloriam suam, & applausus populares apud sibi addictos colloquiis captant: *quod* haud legitima, sed contracta, extemporalia, equestria, & stapedalia: ut aliquando vocabant, hoc est, tumultuaria, brachio seculari finienda, colloquia fere appetunt: *quod* colloquiorum acta ipsi suo arbitratu, contra pacta conventa, fide nō bona evulgasse, & inani ad vulgus jactantia victoriam sibi adjudicasse comperti sunt: *quod* non amplius cum illis (quos ipsi sacramentarios per crimen vocant) conventus agendos, aut verborum argumentis disputandum, sed carnificum ensibus, crucibus, equuleis, rotis disceptandum esse, palam pronunciarunt: *quod* deniq; interim, dum colloquia expetere se simulant, eos, ut hæreticos, blasphemos, Turcis deteriores, concionib. & scriptis proclamare, damnare, proscribere, quos apud se habent vivos, civitate pellere, defunctos sepultura arcere, in sepultorum cadavera & busta horrendum in modum sævire alicubi non dubitant: & sic dextra panem, sinistra lapidem eis ostentant. Cum talibus vero congredi, & vel veritatem vel pacem ab eis exspectare, non sanorum hominum, sed dementium fore, quis sanæ mentis non intelligat? *Non est Dominus in disputationib. perfidorum, qui dolos concinnant*, inquit a Ambrosius. *Si cum iracundia aut pertinacia*, b ait Cicero *recte disputari non potest*: sed necesse est tunc πονηρολογίαν συμβαίνειν, *maledicta consequi*: ut c Aristoteles differendi artifex judicavit: quis cum talib. fructu aliquo disputaturum sese sperare possit? Arceantur igitur id genus ἐμποδίσματα, κακουργίαι: & ad æquum fructuosumque piorum Theologorum congressum expedita via erit.

a Ambr. in Ps 119. b Cice. li. 1. de finib. c Arist. l. 8 c. 14. topic.

CAP.

CAPUT VI.

De colloquio inter Theologos Evangelicos fructuose instituendo Authoris consilium.



CUM ante annos aliquammultos inter Serenissimos & Illustrissimos quosdam Principes negocium colloquii Theologici serio agitaretur, ego indignus sententiam meam postulatus, pro mea tenuitate exposui aliquoties. Tandem de conditionibus, quibus congressus Theologorum fructuose institui posse videretur, respondi eum in modum, quem omnium prudentum censuris nunc subiicere non dubitabo. Sic enim prorsus adhuc sentio. Tutiorem viam qui monstraverit: de Ecclesia merebitur bene, & apud me inibit gratiam. Summa hæc erat.

QUANTUM ad *conditiones*, sub quibus adversæ parti de colloquio annuere consulto possimus, facileque debeamus: de colloquij futuri scopo, materia, forma & legibus, judice & collocutoribus, loco denique & tempore, cumprimis cogitandum & transigendum inter partes esse judico.

SCOPUM colloquii nemo arbitror ambigit hunc esse oportere, ut infelix schisma, quod annos pene LXXX. Ecclesias Evangelicas perturbat, tandem sopiatur, tollatur: Evangelici omnes omissis rixis & contentionibus, ex Apostoli præcepto, idem loquamur: omnes una mente & sententia coagmentati in fide, adversus Romani Antichristi monarchicum fastum atque tyrannidem

I. Scopus colloquii quis esse debeat?

consilia vireſq; unanimes conjungamus. Hic ſcopus ſi adverſæ parti erit ſerio propoſitus; colloquium minime negandum aut refugiendum, ſed prima occaſione arripiendum & promovendum cenſeo. Tunc enim (modo cætera, de quibus dicam, probe curentur,) non dubitarim, quin annuente Domino, ex voto ceſſura ſit tam ſalutari ſcopo ſuſcepta congreſſio.

SI VERO pars adverſa, hoc ſcopo neglecto, id modo intendit, agitque, ut opiniones ſuas de Ubiquitate carnis Chriſti, orali eius manducatione in S. Cœna, ſimileſque alias, uti hactenus fecit, mordicus tueatur: contra Orthodoxam doctrinam & Eccleſias noſtras conſueto præjudicio damnet, premat, opprimatque. mea quidem ſententia, nullo fructu, ſed præſentaneo incommodo, gravioreque vulnerum exulceratione inſtituetur collocutio, tutiuſque fuerit, tam periculoſa moleſtia ſuperſedere, quam infelici conatu malum deterius reddere. Neque enim Eccleſiæ & conſcientiæ noſtræ opiniones tam periculoſas (ut nihil gravius dicam) admittere unquam poterunt.

QUANTUM vero ex hactenus inter nos actis & agitatis, necnon ex vulgo notis Theologorum quorundam ingeniis coniectare eſt, haud facile illi ad eundem ſcopum nobiſcum collimabunt, aut pacis conſilia probabunt, vel unionis vinculum admittent, niſi prius liquido demonſtratum ipſis fuerit atque perſuaſum, in fundamentalibus Chriſtianæ fidei articulis omnibus inter nos convenire, mutuoque conſenſum eſſe: diſſenſionem vero eſſe de duabus illis & aliis quibuſdam opinionibus, fundamentum ſalutis directe non concernentibus: quas ipſis, modo noſtris conſcientiis parcatur, haud inviti relinquimus: neque tamen in tam multis, atque fervido

rum

rum quorundam Theologorum fert criminatio: sed in multo paucioribus, ob quas diutius Ecclesias Evangelicas lacerari minime oporteat.

Ut igitur scopum, quem dixi, felicius contingamus, *secundo loco* de materia colloquii diligenter cogitandum videtur. Ea quantum mea fert opinio, & præsens Ecclesiarum status postulat, non erit sufficiens, si de uno vel altero capite controverso, uti hactenus factitatum fere est, puta de Ubiquitate, de orali manducatione, de prædestinatione, aut id genus alio, instituetur disceptatio: sed ipsum causæ jugulum, quod dicitur, petendum, resq; ab imis ordienda & eruenda erit fundamentis, quatuor hisce vel similibus quæstionib. in disceptationem propositis, discussis atque compositis. II. *Materia colloquii futuri.*

PRIMA quæstio erit: *Quinam articuli sint fundamentales, seu in quibus fidei capitibus vere consistat fundamentum salutis?* UBI prudenter discernendi venient articuli fidei Catholicæ, quos nulli adultæ ætatis Christiano, docto, indocto, citra salutis jacturam ignorare vel non credere fas est: ab aliis quæstionibus, quæ ex particularis alicujus loci Scripturæ diversa intelligentia inter aliquos Theologos in controversiam veniunt: à conclusionibus item scholasticis vel Ecclesiasticis, quarum notitia & assensio in hanc vel illam partem Theologis quidem necessaria est ad professionis suæ Theologicæ scientiam, rerumque divinarum uberiorem cognitionem aliis tradendam vel tuendam: à Christianis vero in communi, citra salutis periculum ignorari potest: quandoquidem pleræque istarum, articulos fundamentales vel directe non attingunt, vel nec indirecte: sed tales sunt, quæ ad salutem neque scribentibus proderunt, si veram Christi fidem non habuerint: neque ignorantibus noce-

bunt, ii in Christum vere crediderint. AUSIM enim confirmare, maiorem tam veterum hæresium, quam præsentium dissidiorum partem, in Ecclesia hinc præcipue natam fuisse & esse, quod concilia, Episcopi, doctores Ecclesiæ, nullo discrimine, quævis scholarum dogmata & cathedrarum placita pro articulis fidei catholicæ venditarunt, parique ad salutem necessitate credenda conscientiis imposuerunt: ex quavis vero interpretationis scripturarum discrepantia nimis facile hæreses vel schismata fecerunt.

ALTERA quæstio erit, *An in articulis fidei Catholicæ, seu in capitibus doctrinæ fundamentalibus inter Evangelicos Theologos sit consensus, nec ne?*

TERTIA quæstio erit: *An in aliquibus, & in quibus sive Scripturarum præcipuarum interpretationibus, sive scientiæ Theologicæ conclusionibus inter eosdem aliqua, & qualis vel quanta sit dissensio?*

QUARTA quæstio denique erit: *An dissensio Theologorum de quibusdam suis sive scripturarum diversis interpretationibus sive conclusionibus & opinionib. ecclesias Evangelicas lacerare, unionem impedire debeat, nec ne?*

His quæstionibus inter Theologos, diligentia, qua par est, reverentiaque pensitatis atque discussis, res loquetur, scio, partem adversam tanto schismate se ab Ecclesiis nostris separandi, tamque immani odio illas damnandi vel persequendi, causam justam nullam habuisse hactenus, nec porro habituram esse.

Et quoniam constat eos scriptionibus & concionibus suis ad plebem unice hoc agere, ut ipsi quidem AUGUSTANÆ confessionis, tanquam symboli publici Ecclesiarum Evangelicarum, strenui assertores habeantur: nostræ vero ecclesiæ ejudem professione & pacis bene-

ficio excludantur: ſiquidem in colloquij tractatione ad eius cõfeſſionis authoritatem illi provocabunt, tunc haudquaquam renuendum erit, quin eiuſdem articuli, prout in Apologia habentur declarati, ex ordine ventilentur. Sic enim fiet perſpicuum, quatenus de uno quoque ſit conſenſus inter nos vel diſſenſio. Nullo autem negotio demonſtrari poterit, plurimos adverſæ partis Theologos à plerorumque articulorum phraſi & ſententia haud parum deflectere hactenus: noſtros recedere multò minus.

DE FORMA & legibus futuri colloquij diligenter etiam cogitandum videtur. III. De modo & legibus colloquij.

FORMAM hunc in modum explicari poſſe arbitror, ut commodè inſtituatur, & rectè ſuccedat actio.

INITIO pars utraq; ſcripto comprehendat ſuam ſententiam, quoſnam articulos arbitretur fundamentales eſſe vel non eſſe. TUM ex utriuſque partis ſcripto quæſtiones petantur atq; formentur controverſæ, de quibus inſtituenda videatur diſceptatio. TERTIO de quæſtionibus controverſis ſingulis pars utraq; ſententiam ſuam ſcripto exponat, additis præcipuis S. Scripturæ authoritatibus, quibus nitatur, & rationibus, quibus confirmare illam poſſit: idq; perſpicuè, breviter & dialecticè. QUARTO pars utraque ad alterius ſententiam & argumenta ſcripto reſpondeat, idque perſpicuè breviter & dialecticè, ſine acerbitate, & ſemel tantùm.

QUIBUS in hunc modum peractis, ad orale veniatur colloquium, in quo utraque pars ſuam ſententiam & fundamenta, ſi ſit opus, ſecundùm ſingula capita, declarabit uberius, quantumque poterit, tuebitur: adverſæ vero partis ſententiam & argumenta pro virili modeſte impugnabit.

Directores colloquii. OPVS quoque erit actionis directoribus, qui institutam συμβίβασιν prudenter moderabuntur, ut omnia ordine ac decenter gerantur, commodeque ad scopum præstitutum dirigantur.

Notarii. Notarii etiam ex utraque parte singuli constituendi videntur, viri eruditi, scribendo promti, qui colloquentium verba & sententias fideliter exceptas in protocola referant.

Leges colloquii. LEGES à directoribus præscribendæ erunt collocutoribus designatis in hunc circiter sensum.

PRIMA: Gloria Dei, salus, & tranquillitas Ecclesiæ, investigatio & illustratio veritatis, de quæstione proposita, collocutoribus suprema lex, & unicus in disputando scopus esto.

SECUNDA. Norma disquirendæ veritatis divinę literæ sunto. Ex his igitur solis sententiæ & sententiarum argumenta proferuntor. Ad horum vero illustrationem cōsensum Orthodoxæ vetustatis, aliquando etiam proferre illicitum ne esto.

TERTIA. Actionis cuiusq; exordio à precibus & invocatione Dei communiter facto: sententias suas de re controversa pars quælibet perspicue sine ambiguitate explicato. Argumenta sua, & solutiones argumentorum contrariorum, quantum fieri potest, forma Dialectica perspicue sine sophistica proponito, nec nisi argumento uno satis discusso, ad aliud procedito.

QUARTA In collatione orali modeste & placide omnes agunto, clare, perspicue, tarde, distincte, ut dicta percipi, atque à notariis excipi possint, loquuntor. Quæ dicta & excepta fuerunt, prius quam pars altera respondeat, palam à notariis præleguntor.

QUINTA Digressiones, tergiversationes, interroga

tiones captiosæ, à re alienæ, interpellationes intempesti-vę, declamationes inutiles, cumprimis convitia, clamores & strepitus vitantor.

SEXTA. Colloquium ad finem usque, dum proposita omnia fuerint discussa, pertexitor, neque privato arbitrio id abrumpere parti alteri fas esto.

SEPTIMA. Finita collocutione Protocola utrinque comprobata subscribuntor, nec, si evulganda videbuntur, nisi de consensu partium publicantor.

OCTAVA. Ne post colloquium absolutum Theologi acerbis pro more scriptionibus, & imaginariis triumphis rursus concurrere, & gladio, quod dicitur, ignem denuo fodere præsumant, partes ante congressum invicem transigunto: Sententiam vero arbitris delectis integram relinquunto. Secus colloquia nihil nisi novarum litium semina, graviorumque dissidiorum erunt incendibula, uti hactenus fere fuerunt.

QUARTO igitur de judice vel arbitris colloquii cogitandum venit. JUDICEM supremum, & normam absolutam controversiarum fidei nullam esse posse, nisi SCRIPTURAM SACRAM, per quam solam Deus, αὐτοκράτωρ summus, hodie nobis loquitur, & jus dicit: omnibus Evangelicis constare, & extra controversiam esse arbitror. Scripturam vero intelligimus tum expresse & formaliter, tum evidente consequentia aliquid asserentem. Pro qua igitur parte hic JUDEX stabit, hoc est, quæ pars sententiam & doctrinam suam ex S. Scriptura vero & genuino sensu intellecta, evidenter demonstrabit, ea victrix evadet. Ad hoc vero etiam inferiore judice, seu Arbitro erit opus, qui utra pars doctrinam suam ex S. Scriptura dictum in modum demonstraverit, cognoscat, clareque pronunciet. Hunc COGNITOREM

IV. De judice colloquii.

a August. in Brevic. collat.

olim vocavit a Augustinus. Verum enim vero quem *Cognitorem*, seu Arbitrum hunc esse conveniat: solosne Principes? an solos delectos Theologos? an solos delectos Politicos? an solum Auditorum cætum? an ex singulis hisce ordinibus utrinque aliquos certo numero designatos, viros pios, eruditos, prudentes, pacificos &c. ardua videtur quæstio, de qua ante congressum inter partes tractandum, transigendumque necessario erit. PONTIFEX Romanus sese controversiarum fidei non arbitrum aut iudicem inferiorem, sed summum & absolutum prætendit. Judicium eius est vox illa: *Sic volo, sic jubeo*: Sed nihil ad nos ista tyrannis, neque ad Ecclesiam Dei. HONORIUS Imperator Disputationi Episcporum Catholicorum & partis Donati de causa Cæciliani præfecit *Cognitorem*, Tribunum & Notarium suum MARCELLINUM, comitem: cui adjunctum legitur *Officium*, quo nomine Assessores & Scribæ notari videntur. Post tridui conflictum, Donatistis, quod Augustino responderent, non invenientibus, *sed eadem repetentibus* (ut est in Collationum Breviculo) *etiam sententiam prolaturus dixit: si contra nihil est, quod legatis, exire dignemini, ut possit plena de omnibus scribi sententia. Et utrisque exeuntibus sententiam scripsit, quam rursus intromissis partibus recitavit: qua complexus est omnia, quæ de prolixa trium dierum actione potuit recordari: confutatos à Catholicis Donatistas omnium documentorum manifestatione pronuncians.* Ubi tunc PAPA universalis Judex? Imperatoris erat Episcopis diem dicere, *Cognitorem* & *Officium* dare. Sed hoc nunc omitto. Quisquis ille futurus sit Arbiter, non habet more Pontificis Romani prætoriam potestatem judicandi de rebus fidei: Sed Dei Judicis supremi verbo scripto tenetur adstrictus non minus, quam in politico foro Judex inferior superiori, su-

perior legibus & juri adstrictus tenetur: imo tanto magis, quanto est homini difficilius de divinis, quam de humanis judicare. Non potest igitur hoc judicandi munus, nisi viris in Scripturis rebusque divinis exercitatissimis, Deumque vere timentibus, cum ea quam dixi limitatione committi.

V. *De collocutoribus.*

De *Collocutoribus* idoneis etiam dispiciendum erit. Deligantur hi ex utraq; parte bini vel terni Theologi, controversiarum artisq; disserendi peritissimi, non iracundi, præcipites, ambitiosi, rixosi, maledici, sophisticæ dediti: sed placidi, prudentes, mansueti, aperti, pij, pacis iuxta & veritatis amantes, &c.

VI. *De loco & tempore colloquii.*

Denique *locus* colloquio deligendus videtur minime insidiosus, vel periculis obnoxius, ad quem partes secure commeent, ubi durante actione secure versentur, indeq; bona pace remeare ad suos possint: Puta urbs aliqua libera Imperialis, utrique parti situ opportuna: maxime talis, in qua utriusq; partis vigeat Religio, atque ministerium: Opportunissima igitur huic rei videtur hoc tẽpore Urbs N. toto orbe nostro celeberrima.

De Tempore conventus & colloquii inchoandi partes transigent. Æstivum magis quam hybernum erit accommodum, ob soles longiores, & ob aëris temperiem salubriorem: ne vel frigus externum, vel calor vaporosus intra conclavia collocutoribus molestiam pariat. De hoc igitur Politici utriusque partis pro arbitrio convenient. Interim Theologos colloquio deputatos vel deputandos de actionis futuræ circumstantiis plene & mature informabunt, ne vel hi, vel illi imparati ad congressum veniant, sed ut æquis utrinque conditionibus res tota peragatur.

Hæc fuerunt, quæ tunc quidem in medium consu-

lere habui. Jntelligent hinc facile prudentes, vanam fuisse iactantiam quorundam, nostros conscientia malæ causæ congressum refugere, nec pedem pedi, manus manibus conserere voluisse & velle, eo quod athletis feroculis non temere occurrendum esse tunc judicavimus & judicamus. Nunquam nobis trepidam mentem causa nostra suggessit, nec suggeret cum bono Deo. Cur περιτίτειαν adversæ partis nostri superiores tunc parum probaverint, explicatum est prius. Cogitent nunc viri cordati, quid restet. Hoc unum nempe, ut utriusque partis Principes & Theologi cum prudentissimis Politicis vel in hanc viam tandem inclinent, vel aliam commodiorem inveniant, qua pacis Ecclesiasticæ portum τρισπόθητον tandem contingamus. Meo vero judicio (salvum cuique suum esto) vel tali collocutionis forma (si omnino aliquid ex collocutionibus sperandum est) vel nulla alia ad scopum optatum perveniemus. Et de colloquiis hactenus. De Synodi ratione sequitur.

CAPUT V.

An Synodus Evangelicorum hoc tempore sit postulanda, vel speranda?

QUÆ de Synodis illi proferunt, æquiore trutina ponderari merentur. Si Synodi eorum ad Ecclesiarum pacem domi & foris parum profuerunt, sed plerunque plus incommodi Germaniæ, quam commodi attulerunt: qua culpa id evenerit, videndum est. Etiam PAPA Romanus synodum Tridentinam

dedit:

dedit:sed quomodo, & quorsum? Ut exclusis Evangelicis, Episcopi omnes in Romanæ sedis fidẽ jurati, soli sentẽtias dicerent, idola avita stabilirẽt, dissentientes hæreseos dãnarent. Pariter isti varios conventus agitarũt: sed quomodo, & quorsum? Prorsus ut ibi: ut exclusis, quos vocant, Calvinistis, Pastores omnes in fidem *Vbiquitatis* adigerent: corpus doctrinæ à præceptoribus acceptum eliminarent, dogmata sua multitudinis applausu stabilirẽt: deniq; Calvinistis, quos vocant, nigrum theta figerent inauditis, h.e. maledicerent surdis. Valeant isthæc conventicula: quibus non magis cum legitima synodo, quam cum fidib. graculo.

QUID vero, inquis, faciendum tandem, vt schisma tollatur, concordia Ecclesiis Evangelicis restituatur? Quid, nisi illud, quod fecerunt in tollendo schismate Antiocheno APOSTOLI, cum Antiochenis aliisque Ecclesiarum presbyteris: quod Episcopi Ecclesiarum in Samosatenico: quod CONSTANTINUS in Ariano: quo THEODOSIUS senior in Macedoniano: quod THEODOSIUS junior in Nestoriano: quod MARTINIANUS in Eutychiano: deniq; quod fieri optat in controversiis præsentibus *a* AUGUSTANA confessio? SYNODUS legitima, libera, Christiana doctrina & bonorum virorum utriusq; ordinis, Ecclesiastici & civilis, convocanda erit: in qua placide, exquisite, in timore Domini collatis sententiis, discussis rationibus, quid verbum Dei de articulis controversis pronunciet, Ecclesiis communi consensu exponatur.

a Augustan. conf. in præfat.

Qui hic *excipiunt*, eiusmodi synodum ex eorum genere esse, quæ optare magis quam sperare liceat, ideoque tergiversationis potius, quam serii consilii speciem hanc synodi suasionem habere: næ illi parum considerant, quam imprudẽter ipsi sibi suisq; maioribus & magistratibus fœdam tergiversationis notam inurant. Quid enim? Nonne

Ad ratnet dissentientium solum spes fi.

PRINCIPES & Status Evangelici ipſo Auguſtanæ Confeſſionis proœmio Imperatori CAROLO exponunt, ſæpius ſe debito modo, & in forma juris ad *generalis Concilij* conventum provocaſſe & appellaſſe: eiq; appellationi etiam adhuc adhærere? Nonne & poſtea, cum Cæſar & Papa concilium generale *Mantuæ* in Italia, mox *Vincentiæ*, tandem *Tridenti* indictum dediſſent, repudiato Papalium cõciliabulo, ad Concilium aliud liberum, Chriſtianum prouocarunt? Itane tergiverſati ſunt? Sic quidem Papiſtæ calumniabantur, quaſi prætextu concilij, quale nullum dari poſſit, omnem doctrinæ ſuę cognitionem defugerent, neminem judicem ferre poſſent. At illi contra non ſemel publice teſtati ſunt, ſerio & ex animo in comitiis & conventibus publicis legitimam cauſæ cognitionem ſeſe apud Imperium crebro efflagitaſſe, atque precibus ardentibus à Deo Opt. Max. exoptare: cuius etiam progreſſum, quantũ in ipſis eſſet, ſumma voluntate & ſtudio juvare atq; provehere cuperent. Neve in aëre, quod dicitur, piſcari velle viderentur: rectam & commodam Concilii, quale poſtulabant, cogendi & celebrandi rationem non præſcripſerunt, ſed delineaverunt, par. 3. gravam. Trid. Conc. TALE nimirum Concilium:

Concilii legitimi & liberi Proteſtantiũ delineatio.

1. QUOD non à Papa Romano, ſed à ſupremo Magiſtratu, Imperatoria Maieſtate indiceretur, loco intra Imperium tuto & opportuno, ſeu in Imperiali & libera aliqua Germaniæ civitate.

2. ANTE QVOD Conſtantienſis Synodi iniuſtum decretum, de fide hæreticis non ſeruanda, nominatim aboleretur, & irritum publice pronunciaretur.

3. AD QUOD ex omnium provinciarum & nationum Orbis Chriſtiani partibus optimi & grauiſſimi quique deligerentur, & convocarentur Eccleſiarum antiſtites

tes, ſapientia & authoritate præſtantes Epiſcopi non quidem ſolo nomine & titulo turgentes, ſed & reipſa Epiſcopi exſiſtentes: hoc eſt, Eccleſiarum & miniſterii inſpectores ac gubernatores docti, quibus curæ officium eſſet: tum etiam inferiorum graduum Prælati, Abbates, & monaſteriorum Præſules, Collegiorum Præpoſiti, Superintendentes, Theologi, Doctores & Paſtores Eccleſiarum: quiq; in qualibet provincia inſignis doctrinæ & pietatis nomine celebres eſſent.

4. A QVO homines illiterati, idiotæ, indocti, manifeſtis ſceleribus contaminati, Epicuræi, impuri, polluti idolis, & notoriis ſceleribus, crudeles aut ſævi procul arcerentur: ne ex Concilio Eccleſiaſtico conventus Cercopum, ut veteres dicebant, fieret.

5. IN QUO ex omnibus præſentibus ad conſultationem ſynodalem deligerentur viri graves & conſtantes in doctrina, amantes & ſtudioſi veritatis, ſinceri, aperti, candidi: non prave inſtituti, aut ad ſophiſticam aſſuefacti: non callidi præſtigiatores & ſycophantæ, qui flexiloquas & fucoſas conciliationes machinentur: non juvenes, aut neophyti, imperiti rerum ſpiritualium: ſed viri, annis & animo maturi, uſuque rerum mediocri præſtantes, & ætate graves: quorum explorata iam & in negociis ſpiritualibus periclitata eſſet induſtria: ſolida eruditione & ſacrarum literarum ſcientia nulli ex populo inferiores, multaque lectione & ſtudio plus mediocri Scripturę ſacrę confirmati: vitę integritate ſingulari, & morum ſanctimonia ſpectati: pio atque ardentiore & heroico zelo iuvandę & defendendę glorię divini nominis prędit: cumprimis Deum timentes: denique qui remota animorum acerbitate, odiis & offenſis omnibus utrinque depoſitis, nihil hic aliud, niſi gloriam Dei, & pa-

cem atque tranquillitatem Ecclesiæ quærerent.

6. IN QUO non soli Episcopi & clerici, sed & laici, quos vocant, homines, & politici ex Christianis omnibus omnium ordinum, veluti sunt Imperatores, Reges, Principes, Comites, Barones, Civitatum & Oppidorum municipes, & in universum, qui in quaque provincia insignis alicuius doctrinæ, intelligentiæ & sanctitatis nomine celebres, sive laici, sive clerici essent, non solum vocem deliberationis & consilii, sed & judicii ac definiendi potestatem haberent: Idque tum de S. Scripturarum authoritate, tum Synodi Apostolicæ, Carthaginensis, Nicenæ, aliarumque quarundam exemplis.

7. QUOD Concilium esset Oecumenicum & universale: ex omnium nationum & provinciarum orbis Christiani partibus congregatum.

8. IN QUO Papa Romanus Episcopus, Prælatos, Antistites Ecclesiarum, quotquot fide data & iurisiurandi vinculis obstrictos & devinctos sibi habeat, primo omnium iis vinculis solveret, & iuramenti gratiam omnibus plenissime faceret: eoque sic relaxato, initio totius disputationis ab his personis omnibus, quæ ad deliberationem atque iudicium adhibendæ & cognitione facta decisuræ postea essent, juramentum calumniæ exigeretur: quo sanctissime reciperent, se utraque parte, quantum satis fuerit, audita, & causa cognita, de iis articulis omnibus, qui in controversiam venturi essent, fide optima, iuxta verbi divini præscriptum, eiusque sincerum & incorruptum sensum iudicaturos: neque in eo facturos quicquam contra conscientiam, dolo malo: nullius denique rei, prætorquam gloriæ Dei, & veritatis rationem in eo judicio sese habituros esse.

9. IN QUO personis ita constitutis ac legitimatis.

proxi

proximum eſſet, ut proceſſus omnes in controverſia religionis hactenus facti, omneſq; cenſuræ, aggravationes, excommunicationes editæ per BULLAM COENÆ, & cætera præiudicia Pontificum omnia pro irritis, & de jure nullis, reſcinderentur: ut quæ contra abſentes & non citatos, cauſa indicta, & ab eo, qui iudicandi munus temere, nulloq; iure ſibi ſumſerat, nulliter eſſent inſtituta atq; peracta. Cumprimis ut decreta *Tridentina* partim palam falſa, partim ambigua & ſophiſtica, prorſus è medio tollerentur & abrogarentur.

10. IN QUO impedimentis & præjudiciis omnibus ita ſublatis, judex & præſes ſupremus non conſtitueretur alius: quam ipſum Eccleſiæ caput CHRISTUS, & verbum CHRISTI ut quicunq; claro verbi Dei teſtimonio ſententiam ſuam in concilio fundaret ac demonſtraret, is & audiretur, & vinceret, juxta Canonem: a *Si ſolus Chriſtus audiendus eſt: non debemus attendere: quid aliquis ante nos faciendum putaverit: ſed quid primus, qui ante omnes* CHRISTUS *prior fecerit.*

a c. ſi ſolus diſtin. 8. ex Cypr. lib. 2. epiſt. 3.

11. Et conſequenter, IN QUO *norma*, ſecundum quam diiudicanda & examinanda ſint dogmata, & amuſſis iudicii omnis eſſet SOLA SCRIPTURA SACRA, prophe ticis & Apoſtolicis libris comprehenſa, tum in formalibus, ut dicitur, allegata, tum evidenti conſequentia deducta, utpote quæ ipſa ſupremi iudicis vox eſt viva: vt b de CHRISTO abunde teſtificatur: ideoq; merito eſt Lydius lapis, & regula omnis iudicij, conciliorumque eccleſiaſti corum omnium.

b Act 10 43 Ioh. 5. 39.

12. IN QUO denique poſtquam ſcripturæ Propheticæ & Apoſtolicæ ſummus, qui merito ei debetur, locus ita, ut dictum eſt, fuerit relictus, & iudicii authoritas ſuprema attributa: ſuus etiam, ſed inferior, relinquetur

locus ſcriptis PATRVM, ut conſenſui piorum doctorum primitivæ ac purioris Eccleſiæ: ita tamen, ut nullo modo hi cum SACRIS libris in comparationem venirent: ſed ſolum conſulerentur, velut interpretes, & teſtes in obſcuris & controverſis articulis, & quatenus cum ſummi JUDICIS hoc eſt, SCRIPTVRÆ voce congruunt, adhiberentur.

HÆC eſt illa SYNODI generalis, legitimæ, liberę, Chriſtianę, ab Evangelicis Imperii Principibus & Statibus, jam olim pie prudenterque meditata, & publicis ſcriptis atq; apologiis ſolide per ſingulas partes demonſtrata delineatio. Quæ, quid cauſæ quæſo erit, cur hodie impoſſibilis videri, neque ad præſentis cauſæ, hoc eſt, diſſidii Evangelici conciliationem pertinere poſſit? An forte, quod metuunt, ne nullos, vel non multos Eccleſiarum Antiſtites, Paſtores, Theologos tam ſanctos, pios, ſinceros, moderatos, pacis verique amantes dare ex ſe poſſint: cuiuſmodi quidem tam ſancto arduoque negotio adhibendi erunt? *Concilium ſiquidem*, ut ait Baldus: *eſt congregatio multorum & optimorum virorum.* An vero obſtabit immane Theologorum odium, & implacabile virus, quod illi in iſtos alto corde jam pridem alunt, ex cathedra plenis buccis plebi infundunt, invectivis acerbiſſime ſcriptis in orbem Chriſtianum diſſeminant? O tempora ô mores! a *Si ſal infatuatum fuerit, quo ſalietur? Si b lumen tenebræ ſunt, ipſæ tenebræ quantæ erunt?* Itane, quos pacis conciliatores eſſe, quos dilectionis, manſuetudinis, lenitatis, tolerantiæ, ignoſcentiæ Chriſtianæ exemplaria prębere ſe oportebat, conciliationi & paci ſolos obicem ponere, virulentiæ, acerbitatis, implacabilitatis, peſſimorum vitiorum ſervos, adfectuumque mancipia ſeſe proiicere convenit?

a *Mat.* 5.13.
b *Mat.* 6.23.

ADESDUM igitur, ô CONSTANTINE, Imperator Christianissime, & istos carnales Episcopos, ubi ad Synodum venerint, Imperatoria tua Maiestate, increpa, mone, jube: ut deposita animorum acerbitate, qua se mutuo lacerarunt, risumque præbuerunt hostibus, hoc inprimis cogitent, quomodo Deus ob impietatem & facinora tam Antistitum, quam populi passus fuerit grassari in orbem Christianum sævitiam Turcarum & barbararum gentium: variaque pœnarum flagella etiamnum infligat Et quomodo nunc divino beneficio doctrina Evangelii maximis laboribus à sordibus Romanis vix tandem sit repurgata, ut in spiritu & veritate Deum rite colere possint. Patiantur proinde in tanta Ecclesiarum distractione, principio charitatem inter se redintegrari, mutuaque odia deponant: Satyricorum suorum libellorum memoriam aboleant: Tum in disputationibus de dogmatibus controversis Evangelicorum & Apostolicorum librorum præscriptam doctrinam accurate sequantur. Ita enim apud THEODORETUM in Nicænæ Synodi historia laudatissimus ille Imperator CONSTANTINUS Episcopis Nicææ congregatis: a *Nihil*, inquit, *indignius, quam hostibus fidei domitis, cum nemo inveniatur amplius, qui rebellare ausit, ipsos inter se sacerdotes committi, jurgiis, & convitiis se mutuo proscindentes: atque ea re risum præbere, & voluptatem hostibus doctrinæ, præcipue in disputationibus rerum divinarum ac fidei: in quibus tamen habent sanctissimi Spiritus doctrinam præscriptam.* EVANGELII *enim & APOSTOLICI libri, nec non & antiquissimorum* PROPHETARUM *oracula plane instruunt nos, quid de voluntate Dei sentiendum nobis sit. Proinde hostili posita discordia, literarum divinitus inspiratarum testimoniis res in quæstionem adductas dissolvamus.* Quibus dictis, libellos conten

Apostrophe ad Constantinum M. Imperatorem.

a *Theod. lib. 1 hist. ca. 1.*

S. Scriptura index & norma doctrina & fidei nostra.

tiosorum Episcoporum omnes comburi jussit, memorabilem hanc adiiciens sententiam, a CHRISTUM *præcepisse, ut, qui veniam impetrare contendat, fratri ipse veniam det.*

a Socrat. hist. lib. 1. cap. 5.

Imperatore deficiente à quibus Synodus Evangelicorum procurari debeat.

VERUM enim vero non levis forte videbitur hæc difficultas: quod tunc Imperator Romanus alterius partis religioni favit: nunc neutri parti Evangelicorum addictus est: proinde nec rem Synodi Evangelicæ curaturus videtur. ATQUI quod in summis aliis rebus fieri solet, Imperatore deficiente, curam Synodi suscipiant proximi ab illo Ecclesiarum supremi Nutritii: quorum authoritate atque præsidio DEUS OPT. MAX. repurgatam Evangelii doctrinam, adversus Pontificis Romani fulmina, in Imperio Romano, & vicinis Provinciis admiranda benignitate hactenus conservavit. Ad hos enim religionis Evangelicæ cura proxime divino jure pertinet. Sunt vero, si circumspicimus, ab utraq; parte Status SUMMI, MEDII, IMI, admodum pares: qui rem tantam pari authoritate facile administrare possint, velint, velle debeant.

HABENT illi, qui LUTHERI de S. Cœna sententiam sequuntur, PROVINCIAS in Germania sibi addictas, Saxoniam, Misniam, Thuringiam, Marchiam, Borussiam, Silesiam: & extra Germaniam in Polonia majore, Litwania, Scepusio, COETUS non paucos. Habent ACADEMIAS Witebergensem, Lipsiensem, Tubingensem, Rostochiensem, alias. Habent MUNICIPIA Imperii & CIVITATES amplissimas, Noribergam, Ulmam, Argentinam, Wormatiam, Spiram, alias. Habent Illustres BARONUM & COMITUM familias complures, Limpurgiorum, Contarenorum, Leiningiorum, Mansfeldiorum, Schwartzburgiorum, Frisiorum, Nasso-

iorum quorundam. Habent PRINCIPES Illustrissimos Imperii, Neoburgicum Palatinum, Saxones, Brunovicios, Wimarios, Coburgios, Brandeburgios, Meapolitanos, Wirtenbergios, Badenos, alios. Habent SERENISSIMOS, D. JOHANNEM GEORGIUM Saxoniæ, &c. Dn. JOHANNEM SIGISMUNDUM Marchiæ, ELECTORES. Habent denique inclytum & potentissimum Daniæ & Norwegiæ REGEM, Dn. CHRISTIANUM V. Qui quidem si non omnes librum Bergensis Concordiæ chirographis probarunt: omnes tamen LUTHERI sententiam de orali manducatione corporis Christi in S. Cœna profiteri videntur.

HABENT & illi, qui doctrinam reformatam de S. Cœna à ZWINGLIO & CALVINO in Helvetia & Gallia adversus Papatum assertam profitentur: PROVINCIAS, in Germania, Palatinatum Rhenanum & Bavaricum, Bipontinatum, Hassiam, Ascaniam, Helvetiam, Rheticam, Hollandiam, Selandiam, Frisiam occiduam: &c. extra Germaniam in universá Gallia, Rhēia, Britannia magna, Polonia utraque, Lithwania, Russia, Podollia, Transylvania, Hungaria, Bohemia, Moravia, COETUS frequentissimos. Habent ACADEMIAS Heidelbergensem, Basiliensem, Marpurgensem, Leydensem, Franeckeranam Cantabrigiensem, Oxoniēsem, Sedanensem, &c. Habent RESPUBLICAS florentissimas, Basileam, Bremam, Tigurum, Bernam, Geneam, &c. Habent Illustres BARONUM & COMITUM familias complures, Nassoviorum, Hanoviorum, Solmensium, Witgensteniorum, Winneburgiorum, &c. Habent PRINCIPES Illustrissimos Imperii, Bipontinos Palatinos, Anhaltinos, Hassiæ Landgravium, &c Habent SERENISSIMOS, Dn. JOHANNEM Palati-

num, ELECTORALIS Palatinatus Rheni *Administratorem*, necnon D. FRIDERICUM V. Palatinum Rheni ELECTOREM. Habent denique inclytum & potentissimum Magnæ Britanniæ, Hyberniæ, Franciæ REGEM, D. JACOBUM VI. Qui omnes doctrinam de sola spirituali manducatione corporis Christi in S. Cœna uno ore profitentur.

QUID igitur ad SYNODI universalis Evangelicorum σύγκλησιν restat, nisi ut prævia ardente invocatione Dei, serioque divinæ gloriæ, veritatis, ac pacis promovendæ studio, utriusque partis COETUS, ACADEMIÆ, CIVITATES, BARONES, COMITES, humiliter supplicent suis, quos habent, Illustrissimis PRINCIPIBUS, Serenissimis ELECTORIBUS: ut hi coniunctis animis, studiis, atque consiliis apud REGIAS Magnæ BRITANNIÆ & DANIÆ MAIESTATES (quas ut regnorum vicinitate, ita affinitatis & amicitiæ intimioris cognatione Deus quasi ad hanc rem coniunxisse destinasseque videtur) instanter hoc agant, efficiantque: ne unà secum in procurando conciliandoq; tam necessario vulnerum publicorum remedio, orbi Christiano, ex Babylone Romana egresso, & doctrinam Evangelicam professo, diutius deesse velint. Quibus ita diligenter ponderatis, & gnaviter effectis, quis amplius dixerit, SYNODUM Evangelicorum ex impossibilium genere esse?

CAPUT VI.

Obiectis contra Synodum breviter responde-tur: & de modo Synodi in-stituendæ.

DE LIBRO Concordiæ Bergensis, quod is pro synodico decreto haberi non possit, omitto hic aliquid dicere, cum id jam pridem *Admonitione* Neostadiensiũ Theologorum luculenter demonstratum habeatur.

UNA superesse difficultas videtur superius objecta: quod etiam Synodo data & congregata, parum tamen fructus exinde sit exspectandum, ob Theologorum quorundam turbulentiam & φιλονεικίαν, idque de GREGORII NAZIANZENI summi viri judicio. QUASI vero turbulentis & contentiosis matæologis ad Synodum legitimam accessus patere debeat: & si qui ad lineam, quod dicitur, non agant, authoritate legum coherceri non debeant. Neq; mihi quis dixerit, eosdem illos si veniant, in Synodo futuros esse, hoc est, feroces, indomitos, quales domi sunt. Nullius certe audacia vel protervitas tanta erit, quam non frangere possit augustissimi consessus reverentia & venerabilis authoritas. Si tamen non frangeret, cur audirentur, qui nullos audire vellent?

QUALIBUS Episcoporum conventiculis sese amplius interfuturum neget, fructumq; & utilitatem omnem deroget a NAZIANZENUS epistolio ad PROCOPIUM Principem scripto, ex historia eius discendum est. Mise-

a Naz. ep. 42.

randum in modum, Ecclesia Constantinopolitana sub CONSTANTIO, VALENTE, THEODOSIO Impp ab hæreticis concutiebatur, modo Arianis, modo Pneumatomachis, modo Orthodoxis clavum eius obtinentibus. Modo enim hi, modo illi alios eiiciebant, Synodisque contra Synodos celebratis damnabant, ut perpetuo clavus clavum pelleret. Ipse NAZIANZENUS ab Orthodoxis modo Episcopus designatus, modo Episcopatu iterum deiectus, aut æmulorum ambitioni cedere coactus, variam fortunæ aleam expertus fuit. Tandem ex secessu, ubi vitam solitariam in prædio paterno ARIANZO aliquandiu egerat, ætate gravis, & valetudine affecta, à PROCOPIO in turbam ad Synodum Episcoporum, ut veniret, revocatus, quid mirum, si ad eum modum respondit, *omnia Episcoporum Concilia fugere se decrevisse, eo quod nullius Concilii finem latum faustumque viderit?*

a Sozom. lib. 2. hist. cap. 24.

ATHANASIUS quoque ad Concilium *a* ab Imper. CONSTANTIO Cæsareæ Palestinæ indictum venire recusavit, eo quod fraudulentum Episcoporum judicium vereretur.

b Socrat. lib 6. hist. cap. 14.

Neque CHRYSOSTOMUS ab æmulo THEOPHILO ad Concilium THEODOSII mandatu cōvocatum quater & amplius accersitus venire voluit, ne eosdem hostes & judices haberet. Neq; profecto nos ad concilium tale ut quis veniat, authores cuiquam fuerimus, ubi eosdem habeat adversarios & judices.

AT QUI longe diversa ratio erit SYNODI, quam Ordines Protestantes iam olim flagitarunt, & de qua nos in præsens verba facimus. Agnoscimus autem, ut speratus exinde fructus ad Ecclesiam redundet, haud paulo accuratiore deliberatione, eaque superiorum Principum cura delectis aliquot prudentissimis viris singulariter cō-

mittenda, de legitima res controversas disceptandi, tandemque dijudicandi ratione & modo, quam de coitione ipsa opus fore. Et exstant quidem variarum Synodorum acta, unde actionis forma quodammodo peti posse videtur. Sunt etiam & esse poterunt de ea prudentum varia consilia atque judicia, ubi ad rem tandem venietur. *Supra* descripsi formam Christiani & liberi Concilii, qualem Ordines Protestantes Imper. CAROLO delinearunt. Paulo accuratior tutiorque illa videtur esse, quam Theologi nostri ADMONITIONE sua Christiana de libro CONCORDIÆ anno CIↃ IↃ LXXX. non tam verbis descripserunt, quam coloribus vivis expresserunt, in hunc modum: quem adscribendum duxi, quia prudentum consilia luculenter iuvare poterit.

CAPUT VII.

Synodus Evangelicorum à quo convocanda, in quem scopum, & quali loco.

I. Synodus convocanda authoritate Magistratus.

PRIMUM ergo legitima synodus authoritate piorum Magistratuum convocari debet, cum eos habet Ecclesia. Sic in Veteri & novo Testamento factum legitur. „ Et hanc curam Deus mandavit magistratibus, ut curent subditos recte doceri de „ Religione, & si qua incidat de ea controversia, hanc ex „ verbo Dei decidi. Subditi vero, inter quos etiam pastores „ Ecclesiarum sunt, nec possunt, nec debent, præter aut

contra magiſtratuum voluntatem, ex aliis in alias regiones evocare quos volunt, ad conventus publicos: neque concordiæ Eccleſiarum ſanciendæ ſervire poterit Synodus, ſi magiſtratuum conſenſus atque voluntas tuendi decreta ſynodica non accedat. Alia erat ratio Apoſtolorum & Eccleſiæ primæ, nondum habentis magiſtratus Chriſtianos, qui res Eccleſiaſticas curarent. Eo in ſtatu ſatis eſt, ſi Doctores & alii, valentes conſilio & authoritate in Eccleſia, mutuis cohortationibus & Eccleſiarum ſuarum venia congregentur: ut fecerunt Antiochiæ adverſus Samoſatenum ſub Galieno & Aureliano: Romæ adverſus Novatum ſub Decio: Sinueſſę contra Marcellinum Papam ſub Diocletiano: Ancyræ, Neocæſareæ ſub Maximiano, &c.

II. Scopus Synodi Christiana debet eſſe Chriſtianus.

SECUNDO ut ſalutaris exitus conventuum exſpectari poſſit, ante omnia neceſſe eſt, finem ſeu ſcopum eſſe Chriſtianum, videlicet, non ut olim convictæ divinis teſtimoniis hæreſes, & Catholicæ Eccleſiæ judicio legitime condemnatæ denuo ſtabiliantur, ut Samoſatenica, Ariana, Marcionica, Manichæa, Neſtoriana, Eutychiana, Novatiana, Pelagiana, aut ſimiles: ſed potius ut confirmetur & illuſtretur adverſus illas veritas divina. Neque ut ſuas quiſque prǫconceptas opiniones aut præjudicia per vim aut factiones defendat: non ut de Principum vel Doctorum gloria certetur: de Epiſcoporum opibus, potentia & privilegiis, aut aliis rebus politicis, ferantur leges: ſed ut ſerio quæratur veritas de quęſtionibus ad fidei fundamenta attinentibus, quæ publicè in Eccleſia à multis agitantur & privatim componi non poſſunt, paratis animis ad ſubijciendum ſe verbo Dei, cedendum de illis, quæ ſcripturis confirmari non poſſunt, conſtanter tuendum, quæ illis conſentanea fuerint deprehenſa: utque ad gloriam

Dei

Dei ac salutem Ecclesiæ omnia agantur & referantur. ״

TERTIO circumstantia quoque loci non est negligenda. Debet enim is esse ad conveniendum accommodatus: ne profectionis longinquitate aut difficultate, necessitas vel prætextus emanendi objiciatur aliquibus, quos adesse intererat Ecclesiæ. Necessarium est etiam, ut non sit in potestate hostium situs: immunis sit à periculo, & metu insidiarum & violentiæ, ut secure ac tuto ad eum venire, in eo, quamdiu res postulat, versari, ab eo redire ad suos queant omnes convocati. In metu enim periculorum ne agi quidem, ne dum libere & accurate agi possunt res seriæ & graves.

III. Locus Synodi opportunus & tutus.

CAPUT VIII.

Qui & quales ad Synodum vocandi & admittendi: quomodo ad actionem obligandi.

QUARTO, maximi momenti est quæstio, qui & quales sint ad Synodum liberam vocandi & admittendi? Papa vult tantum sibi juratos, Theologi Bergenses itidem suos duntaxat complices. Nos vero præcipuum in hoc delectu esse non dubitamus, ut non tantum Germanicarum & Augustanæ confessionis Ecclesiarum, sed omnium Evangelium profitentium etiam exterarum, ut Helveticarum, Rheticarum, Gallicarum, Belgicarum, Anglicarum, Scotica-

IV. Vocandi ad Synodum.

rum, Sueticarum, Danicarum, Sarmaticarum, Hungaricarum, Bohemicarum, legati convocentur. Loquimur enim de tali synodo, quæ ad litem Sacramentariam, & alias ex ea natas, dirimendas sufficiat. Hanc non oportere congregari tantum ex juratis in verba Lutheri, aut libri concordiæ, aut in ullam nostrarum vel alterius Ecclesiæ particularis confessionem, multæ gravissimæ & necessariæ rationes evincunt.

1. Vtriusq; partis legati convocandi & audiendi in synodo.

1. Causa hæc est omnibus Ecclesiis communis. Non ergo potest ab una parte dissidentium decidi. Imo est iniquissimum, ab una parte alteram condemnari, non refutata coram ipsorum doctrina, & non audita defensione. Idcirco etiam non modo nihil utilitatis, sed plus etiam

2. mali redibit ad omnes Ecclesias, ex conventu & decreto unius partis, excludentis & damnantis alteram, præsertim iniuste. Non enim plus valebunt unius quam alterius partis condemnationes, neque nunc, neque apud posteros: & schisma condemnationibus mutuis magis exulcerabitur: sicut olim est factum in Arianis tumultibus, habitis synodis contrariis. Quod autem omnium iudicio & consensu statueretur, hoc demum authoritatem habiturum, & Ecclesiarum paci & ædificationi profuturum sperari posset. Præterea sunt non tantum plurimi

3. pietate, doctrina, virtute, & dignitate præstantes omnium ordinum homines in omnibus gentibus Germanicis: sed etiam Ecclesiæ in Germania, inter quas & nostræ sunt, quæ cum externis Ecclesiis consentiunt. Hos omnes exclusos & inauditos condemnare, nihil aliud foret, nisi manifestam tyrannidem in cives, in fratres, in innocen-

4. tes exercere. Cum autem hi non possint ulla cum honestate, nedum pietatis specie excludi: nullus etiam relinquitur prætextus excludendi ecclesias vicinarum gen-

tium,

tium, quarum causa non minus agitur, quam Germaniæ.
Et cum sæpe sit ostensum, nos non dissentire ab Augusta- 5.
na Confessione, secundum scripturam, veterem Ecclesi
am, & seipsam intellecta: sed duntaxat à quibusdam illius
sociis male eam interpretantibus: non possumus Augu-
stanæ Confessionis sociorum jure privari, & ab actionibus
ad illos omnes pertinentibus excludi. Neque magis dici 6.
posset synodus libera, quam synodi papales, in qua non o-
mnibus, quorum res agitur, suas causas & earum defen-
sionem exponendi potestas daretur: etiam si ex Anaba-
ptistis, Schwenckfeldianis, aut aliis, etiam ex Pontificiis
aliqui comparere, & sua defendere vellent: salvis tamen
legibus synodicis: ac si digna examine videatur contro-
versia. Hæc enim exclusio non congrueret cum dilectio- 7.
nis regula, quæ postulat erudiri fraterne cupientes doce
ri, præsertim de fundamentis doctrinæ consentientes,
& paratos omnia abijcere, quæ cum verbo Dei pugnare
fuerit demonstratum. De his certe non excludendis,
sed includendis in Ecclesiam est laborandum. Non enim
Christianorum officium aut ingenium est, tantummodo
sui rationem habere, sine cognitione omni, quid de a-
liorum salute, corporali & spirituali, & de Christi gloria in
mundo fiat. Siquidem ergo illis omnino videtur, penes se 8.
esse veritatem: debebant sane errantes etiam ultro invita
re ad conferendum & discendum, nedum audiri & audi-
re cupientes non repellere. Est igitur impia, & ad o
mnem posteritatem probrosa vox Theologorum, quos
palam dicere & scribere non piguit: NON ESSE CON- *Iac. Andr. Conc. 2. de lib Concor.*
VENTUM AGENDUM CUM IIS, QVOS VOCANT
SACRAMENTARIOS. Atqui de Papistis hoc non
audent dicere, qui sunt professi hostes Augustanæ confes
sionis, quod nos non sumus. Nulla fuit hæresis tam bla- 9.

sphema

„ sphema & exsecrabilis, quam non ad disputationem ad„ miserit vetus Ecclesia, & non prius convicerit, quam con„ demnaverit. Cur igitur nos solos excludunt isti Theologi „ nempe quia adversus aliorum causas malas confidunt se „ facile consistere posse: adversus nostram vero de victoria „ desperant.

Delectus mittendorum ad synodum.

Ut autem omnia ordine fiant: convenire debent ad conferendum, non ab uno, vel à paucis unius partis. aut unius Principis, vel Ecclesiæ Theologis designati: sed „ delecti & vocati à suis Ecclesiis & magistratibus. In eo de„ lectu, etsi quoad iudicio & diligentia humana fieri potest, „ præferri debent, quorum sunt mores publico testimonio „ probati, non avari, ambitiosi, contentiosi, Epicuræi, aut „ flagitiosi: sed qui doctrina, pietate, prudentia & modestia „ aliis antecellere judicantur, præsertim Doctores & Pasto„ res Ecclesiarum: tamen ante omnes evocandi & cogendi „ sunt ab utraque parte præcipui defensores dogmatum pu„ gnantium. *Præterea* licet Synodus potissimum constare de„ bet ex Doctoribus Ecclesiarum: tamen, quia sæpe sunt „ etiam inter alios Ecclesiarum cives, viri præstantia dono„ rum & intelligentia doctrinæ cœlestis non inferiores, quã„ doq; etiam superiores earum pastoribus, & ad disputatio„ nes de doctrina magis idonei: hos quoq; ab Ecclesiis dele„ ctos & missos ad collationem & dictionem sententiarum, „ pari cum cæteris jure convenit admitti, sive scholastici si„ ve politici ordinis personæ fuerint. Non tantum enim of„ ficii dignitas, sed etiam laus virtutis & sapientiæ ad veram „ authoritatem requiritur.

Obligatio delectorum.

Quinto diligenter considerandum erit, quibus conditionibus omnes acturi in Synodo sint obstringendi, ut „ omnia possint ordinate & decenter peragi. Quales, ex„

empli

empli cauſa, ſunt iſtæ: ut ne dicatur, quod Johan. Huſ-
ſo: *hæreticis non eſt ſervanda fides*: ſed detur & ſerveturo- 1.
mnibus cuiuſcunque gentis aut partis, fides publica, qua
ſecure accedant, & interſint Synodo: & ad ſuos redeant:
ac certi ſint, ſibi non fore fraudi, nec apud ſuos, nec a- 2.
pud alios, libertatem ſententiarum, tam ante, quàm
poſt actionem abſolutam: Ut non ſint jurati in ullam 3.
Confeſſionis particularis aut privatæ formulam, nec au-
theritati Principum vel Doctorum ſuorum, Lutheri,
Brentij, Zwinglij, Philippi, Calvini, vel aliorum ad- 4.
dicti: ſed omnes jurent, ſe nihil præter ſcripturam &
ſymbola catholica habituros loco fundamenti & regulæ
fidei, & priuatim ac publice dicturos ſententiam, quam
ipſorum conſcientia judicaverit cum hac norma con-
gruere, in nullius hominis gratiam, aut invidiam, &
nullius neque commodi ſpe, neque periculi metu: Quo- 5.
ties de ſenſu verborum ſcripturæ quæſtio inciderit, ſe
diſputaturos & judicaturos de eo ex analogia fidei, ex na-
tura & uſu ſermonis Prophetici & Apoſtolici, ex colla-
tione dictorum ſcripturæ, & cuiuſque dicti circumſtan-
tiis: *Patrum* autem teſtimonia ad declarandum aut con-
firmandum non adhibituros, niſi ſententiis prius è ſcri-
ptura confirmatis: Se omnes ex æquo obligatos fo- 6.
re ad reddendas doctrinæ & actionum ſuarum ratio-
nes: quod ni faciant, caſuros cauſa: Acturos omnia
in privatis & publicis congreſſibus ordine, modeſte, 7.
ac pacifice ſine adfectibus, præjudiciis, factionibus,
προσωποληψία, ſine acerbitate, rixis, conviciis, ſcom
matibus, contumeliis, oſtentatione, immodica alter-
catione & loquacitate, ſophiſtica adfectata, evagationi-
bus extra propoſitum, & non neceſſaria temporis extra-
ctione: Et parituros ſynodi ſententiæ in omnibus, de 8.

9. quibus ex verbo Dei fuerint convicti: Liberentur uſque
ad finem Synodi omnibus aliis juramentis, quæ huic jura-
10. mento ſynodico obſtare poſſent: Et obligetur utraq; pars
ad acta poſt Synodi ſolutionem publicanda communi cō-
ſilio, ea lege, ut ſi pars una tergiverſetur, altera habeat
poteſtatem ea publicandi.

CAPUT IX.

De forma & meta actionum Synodicarum, & de extemporalitatis incommodis: deſcripta vero actionis commodis.

VI. *Forma actionum ſynodicarum.*

SEXTO adhibenda etiam eſt diligens cu-
ra Principum & Magiſtratuum, ut in
conventu actiones non more Roma-
nenſi aut Bergenſi, ſed legitime proce-
dant, & omnia juſto fiant ordine in hunc
ferme modum. Prudentes vero, ubi ad
rem ventum fuerit, invenient meliora
conſilia.

Poſtquam loco & tempore conſtituto legati conve-
1. *Preces.* niſſent: ſupplicationes ad Deum verbis conceptis in
principio & fine ſingulorum congreſſuum & in ſingulis
Eccleſiis toto durantis ſynodi tempore indictæ, haben-
dæ eſſent.

2. *Propoſitio.* Principum nomine denunciaretur vocationis cauſa:
atque hortatio inſtitueretur conveniens.

Tum

Tum, ſive propoſitis cõfeſſionibus diſſidentium Augu- 3.
ſtana, & aliqua noſtrarum Eccleſiarum, quæ placeret, ſive *Dogmata*
duntaxat præcipuarum controverſiarum capitibus nomi- *controverſa.*
natis, juberentur, dato cogitandi ſpacio, ſinguli dicere,
quid in aliorum doctrina deſiderent.

Si plures controverſiæ moverentur, habita deliberatio-
ne redigerentur in ordinem, quo alia poſt aliam tractanda 4.
eſſet, ita ne illarum fieret confuſio, quæ maxime ſolet im- *Controverſiarum di-*
pedire judicia. *geſtio.*

Illæ prius tractarentur, quæ ad aliarum declaratio-
nem requiruntur, ac præſertim, de quibus plures diſ- 5.
ſentiunt. *Ordo tractandorum.*

Qui de iiſdem capitibus diſſentirent ab aliis, in ſingulis
controverſiis tractandis juberentur ſe coniungere, ut con- 6.
ſtaret, quid quiſq; tueri vellet, & totius ſynodi in duas par- *Diviſio ſynodi in*
tes diviſio, quam contradictoriarum ſententiarum aſſer- *duas partes.*
tio neceſſario eſſet paritura, atq; ita ordo diſputationis ex-
peditus & perſpicuus poſſet conſervari.

Facta hac ſeceſſione in duas claſſes, in qualibet con-
troverſia, utriſque iniungeretur nomine Principum: 7.
ut binos per ſuffragia eligerent præſides actionum (niſi *Præſides bini.*
forte Principes ipſi hos dare mallent) & ſingulos acto-
res: *Præſides*, non qui eſſent controverſiarum Judices:
(hoc enim eſt officium totius ſynodi) Sed qui cœtum
convocarent, proponerent agenda, ſententias interro
garent, & notariis adhibitis colligerent: dicerent ipſi
quoque poſt alios ſententiam eodem jure, quo cæteri,
& gubernarent actionem, tanquam νομοφύλακες: ut o-
mnia ſecundum ordinem præſcriptum agerentur: ad
quam rem peculiariter obligandi eſſent. *Actores* autem, *Actores*
qui in publico conſeſſu dicenda prius conciperent ſcri- *ſinguli.*
ptis, parti ſuæ toti ſeorſum proponerent, ex illius ſuf-

fragiis corrigerent, & ab omnibus ὁμοψήφοις probata, in communi consessu demum nomine illorum recitarent, salva tamen libertate, si donorum diversitas ita ferret, alij responsorum conscriptionem, alii recitationem demandandi.

8. Ante initium vero actionum, leges agendi & deciden-
di de communi consilio Principum scriptæ, proponerentur synodo: ut communibus suffragiis correctas, si opus sit, & approbatas, nemo posset detrectare, easque Principes, eorumque Commissarij & Legati & Præsides Synodi tuerentur serio.

Leges agendi & decidendi.

In actionum principio *Actores* privatim inter se convenirent in unaquaque controversia, de statu seu quæstio-
9. ne una, certa, brevi, accurata, propriis & perspicuis verbis, non ambiguis, non captiosis, concepta: ut scirent omnes acturi & audituri, qua de re proprie contenderetur: & vitarentur λογομαχίαι, ac sophismatum involucra & effugia. Concepta hoc modo quæstio toti synodo proponeretur, & postquam de ea convenisset, vna pars adfirmativam, altera negativam susciperet defendendam. Ut si propositum esset, hoc inter nos quæri: *An corpus Christi sua substantia sit ubique præsens:* adversarii ad affirmativam, nostri ad negativam partem omnia argumenta sua dirigent. Multum enim interest ad ordinem & perspicuitatem disputationis, quæstionem recte constitui: essetque in qualibet causa sumenda & formanda quæstio hæc ex mutuis confessionum seu dogmatum reprehensionibus, de quibus dictum est paulo ante, assumtis, si vellent actores, etiam aliquibus utrinque ex sua parte, aut si forte non posset inter eos convenire, etiam Præsidibus vel tota Synodo.

Status controversia ab actoribus proponendus.

10. Constituta hoc modo quæstione, utriusque partis sen-

tentia

tentiæ & rationes audirentur, diligenter cognoscerentur, examinarentur, conferrentur, cum scriptura & antiquitate. *Vtriusq; partis sententia & rationes audiẽda.*

Hoc autem ut recte & commode, ordine, ac placide 11.
posset fieri, principio pars utraq; sua exponeret argumenta & testimonia Scripturæ, & veterum, quibus suam sententiam defendere cogitaret, eaque hoc ordine comprehensa & numero, qui deinceps in omnibus actionibus observaretur, ut semper, quid de unoquoque responderetur, esset conspicuum. Omnibus enim argumentis conclusionum, præsertim oppositarum simul, & distincte sub aspectum cadentibus, omnia firmamenta & momenta causæ multo melius perspiciuntur, quam si alia post alia proponantur, & hoc modo facilius confusio & prolixitas, & otiosæ repetitiones caveri possunt, ne eadem subinde argumenta, ac proinde eædem solutiones in progressu disputationis sæpius recurrant. *Prima actionis forma.*

12.
Actione proxima responderet pars utraque ad alterius argumenta. *Actio secunda.*

13.
Tertio congressu defenderet utraq; argumenta sua adversus alterius partis solutiones. *Actio tertia.*

Quarta responderet utraque ad alterius primam 14.
defensionem, seu primas instantias, datas in actione tertia. *Actio quarta.*

15.
Quinto utrique defenderent sua contra solutiones defensionis primæ. *Actio quinta.*

16.
Sexto responderent ad defensionem secundam. *Actio sexta.*

Septimo si modo velit pars utraq; hucusq; disputando progredi, defenderent sua argumenta tertio, contra solutiones defensionis secundæ. 17. *Actio septima*

Octavo rursus ad defensionem tertiam responderent. Sic enim neutra pars posset queri, se minus audi- 18. *Actio octava.*

tam esse, quam alteram: cum pari numero utrique defendissent sua argumenta, & opposita solvissent, neque posset oriri contentio de postrema responsione. Utrique enim eam obtinerent. Argumenta autem & solutiones

Dialectice omnia proponenda.

ac defensiones juberentur proponere, ut jubebat lex Attica, ἄνευ προοιμίων καὶ πάθους, breviter & nude, non Rhetorum, sed Dialecticorum more: non nisi necessariis declarationibus adhibitis: ut sunt terminorum expositiones, testimoniorum applicationes & monstratio, quod ea vel in illis contineantur, vel ex illis sequantur, ad quæ confirmanda allegantur. Declamationes enim tempus producunt frustra, & impediunt auditorum judicia: Sic autem multa argumenta spatio unius atque alterius horæ possunt expediri.

19. *Actionum intervalla.*

Cæterum in hac actionum serie sunt quædam consideratu necessaria, quibus neglectis vix possit actio universa non esse turbida & perplexa.

In omnibus rebus seriis, difficilibus & periculosis cavenda est extemporalitas & præcipitantia, maxime autem in controversiis Ecclesiasticis. Tempus ergo interponendum foret actionibus singulis tridui, quatridui, vel quantum satis esset utrique parti, ad responsa sua meditanda & paranda: neque synodus rursus convocanda donec utrique significassent præsidibus, se ad respondendum esse paratos, nimis tamen tardi à Præsidibus hortandi.

20. *Agenda in intervallis.*

Intra hoc tempus *actores*, adhibitis in consilium ex suis, quibus vellent, dicenda scripto conciperent.

21. *Cōventus partium quomodo habendi.*

In conventibus privatis sive separatis utriusque partis (qui conventus & ipsi à binis Præsidibus gubernarentur) scripta illa recitarentur sine festinatione, perlegenda etiam volentibus darentur: ordine de his interroga-

rentur ſingulorum ſententiæ : & quod omnibus placeret, hoc deſcripto diceretur omnium nomine in conſeſſu publico ſeu communi utriuſque partis, recitatione diſerta, clara, diſtincta: ita, ut nihil extemporale, nihil non meditatum, nihil non de omnium ſociorum ſententia, nihil non ſcriptum, & accurate examinatum prius, quam dictum audiretur, ac probe intelligeretur in eo conſeſſu.

Actione finita, utraque pars, quod dixiſſet, ſcriptum 22. *Scripta mutuo tradenda.*
traderet adverſariis: ut illud probe examinare & ponderare privatim, & ſimiliter meditatam reſponſionem in publico proferre poſſent.

Si quid eſſet, de quo dubitarent in ſcripto, ejus ab authoribus declaratio peteretur. 23. *Obſcuriorum declaratio.*

Si qua de argumentis aut reſponſionibus diſſenſio eſſet inter ſocios ejuſdem partis, id in his collationibus 24. *Diſſenſio partium conciliandа.*
privatis prius componeretur, quam veniretur in publicum.

Extra vero ſcripta in illis conventibus ſeparatis approbata, nihil dicere in publico actoribus liceret, niſi 25. *Extra ſcripta approbata nihil loquendum.*
vellent partes eis permittere, ut addant, ſi quid in ipſa recitatione in mentem veniat, quod ad rem facturum exiſtiment. Hoc autem ſi fieret, actione finita aſſcriberentur cæteris ad verbum, quæ actor de ſuo adieciſſet, ut nihil dictum eſſet, quod non deſcriptum daretur adverſariis.

Multa in hoc ordine commoda ineſſent, & incommoda vitarentur. Cum de rebus maximi momenti in 26. *Incommoda extemporalitatis.*
theatro intelligentium ſociorum & adverſariorum ex tempore reſpondendum eſt ad argute cogitata, ſpinoſe, aculeate, ſpecioſe dicta: vix ullus eſt tam promto ingenio, & animo temperato, quin aliquando hæſitet judi-

cium

cium in rebus & verbis, vacillet memoriola, non ea, quæ oportebat, dicantur, aut ſaltem non ea, quæ dicerentur à meditato, aut non ſicut oportebat: jam trepidatio, jam bilis jam auditorii intuitus commoveat animum: abſtrahat à propoſito calliditas adverſarii, multa miſceantur confuſe, quæ prolixitatem & obſcuritatem pariunt, & leges juſtę diſputationis egrediuntur, multa elabantur, quorum poſtea pœniteat: multa dicantur ab uno, quæ cæteri nollent, omittantur, quæ vellent dicta: neceſſe ſit dictare ad calamum, ut notarii aſſequi poſſint, unde ſæpe orationis nexus, emphaſis, & intelligentia perit. Sin autem ſingulorum extemporales ſententiæ audiendi ſint: multo plura huius generis, & maiorem confuſionem, acerbiores & longiores conflictus accedere neceſſe eſt: & efferveſcente contentione ſæpe etiam moderatioribus accidit, quod dicitur:

Fertur equis auriga: nec audit currus habenas.

Atque ita res mutuis punctionibus, morſibus & clamoribus intricantur magis, quam extricantur: ut tandem neque diſputatores, neque auditores quid agatur, meminerint, aut intelligant: & multa male excepta per ταχυγράφους novas obſcuritates pariant.

Commoda actionis deſcripta.

Si vero, quæ expoſita eſt, adhibeatur moderatio, tum quod cuique videtur, aut à Deo datum eſt, in commune confertur: una mente & uno ore per unum loquuntur omnes, dicuntur meditata, neceſſaria, propria, brevia, perſpicua, ordinata, diſtincta, non affectibus mixta: excluduntur ambitioſorum declamationes, ſophiſtarum evagationes, ſcopticorum dicteria, iracundiorum convitia & clamores, contentioſorum rixæ: exuitur armis ſuis garrulitas, nec in ea ſpes victoriæ ponitur: præciduntur indignationes, & querelæ ob judicium cujuſ-

quam neglectum: nihil prætericur aut ſupprimitur ad rem pertinens: non dicuntur pugnantia, vel diſſimilia de ijſdem rebus ab ejuſdem partis hominibus: omnes reſpondent, omnes ſunt actores, omnes rei, omnes judicant. Jbi poſſent actiones inſtitui, quas videre & audire prudentes, veritatis & pacis amantes velint & queant abſque moleſtia, & quibus intra horas paucas plus expediatur, quam multorum dierum extemporaneis altercationibus.

26 *Auditores admittendi libere*

Augeret hoc etiam circumſpectionem in dicendo: ſi in congreſſibus audiendi cauſa liceret omnibus qui vellent intereſſe: in privatis autem conventibus tantùm vocatis ad ſynodum, ſi quos ipſi adeſſe vellent.

27 *Poſt tertiam defenſionem utriusq; partis an ulterius diſputandum deliberatio.*

Hac via cùm ad tertiam defenſionem & reſponſionem eſſet perventum, (ultra quas diſputatio rectè ordinata rarò extendi poteſt: quin altera pars redigatur in anguſtias, h. e. in diſputationis leges impingat) finita actione poſtrema, Præſides toti ſynodo indicerent, ut unuſquiſque conſideret, ſatiſne res diſputata ſit, & liqueat: an verò aliam defenſionem partium audire præterea cupiant: & ſi ultrò citroque dicta judicent ſufficere, quiſque de ſententia deçiſiva dicere cogitet.

28. *Quarta defenſio partis cupientis audienda.*

Interpoſito tempore convocationi, interrogarentur ſententiæ primùm de continuanda diſputatione: ſi pergi vellent diſputando, cæteris acquieſcentibus ijs, quæ jam diſputata eſſent, illi, ne de reſponſionibus ſuis non auditis poſſint conqueri, reſponderent ſanè iterum ad poſtremò propoſita, ſive per eundem, per quem priùs, ſive, ſi is recuſaret, per alium Actorem ex ſuo numero delectum: ſic tamen, ut priùs refutata non repeterent, niſi novis inſtantiis urgere vellent.

29. *Rogatio ad concludendum.*

Quarta hac defenſione & reſponſione audita,

iterum juberentur cogitare, velintne ulterius pergere: aut, si nolint, cogitarent de decisione. Si vero nondum quiescerent: interrogaretur synodus, an audiendos iterum judicet. Hæc, ubi satis disputatum existimaret, dato rursus deliberandi tempore, totius synodi sententiæ decisivæ interrogarentur ordine, penes utram partem veritatem esse judicarent. In hac autem interrogatione sententiarum iterum admonerentur omnes officii, conscientiæ & juramenti sui.

30. *Ius suffragandi & concludendi omnibus æquale.*

Sententiam vero dicendi deliberativam & decisivam in privatis & publicis congressibus jus haberent æquale omnes legati, Ecclesiastici, scholastici, politici, sine προσωποληψίᾳ, non tantum Episcopi & prælati: nulli plus deferretur, quam alteri, propter ipsorum Principes, Ecclesias, dignitatem, &c. Quod si etiam aliquis quippiam esset oblitus dicere, aut non venisset ei in mentem, quod putet ad rerum declarationem aut confirmationem aliquid momenti afferre: id posset in sententiæ suæ dictione adjicere.

31. *Pars abrumpens cadat causa.*

Neutri autem parti liceret abrumpere disputationem: nisi de sententia cedere parata esset.

32. *Decretū synodi judicio subjiciendū.*

Congruentibus vero aut omnibus, aut plerisq; partis utriusq; suffragiis, decretum perscriberetur, collatis Actorum operis: scriptum proponeretur synodo corrigendum, si quid desideraretur, & confirmandum.

33. *Contumacibus silētium imponendum.*

Si qui restarent contumaces, & subscriptionem post sufficientem rationum suarum refutationem, detrectantes, illis silentium imponeretur. Eadem in omnibus controversiis ratio servaretur.

34. *Acta synodica publicanda.*


Soluta synodo acta cum decretis publicarentur, Latino & Germanico sermone: ut judicare possent omnes

Eccle

Ecclesiæ & omnes fideles, quid, & quare, & quomodo a- "
ctum & decretum esset. "

CAPUT X.

De decreto synodico legitime faciendo: ubi de controversiarum judice supremo & inferiore: & unde de latæ sententiæ veritate constare possit.



Septima & postrema consideratio gravissima erit, de ratione ac modo decidendi lites in synodo agitatas. Hunc modum, ne sine terminis vagetur dispu- VII. *De Decreto synodico legitime faciendo.*
tatio, & vel rebus infectis discedatur, "
vel impium & iniustum aliquid decer- "
natur, & posteriora schismata Ecclesiæ fiant deteriora "
prioribus: necesse est ante omnem de Synodo cogita- "
tionem esse certum & determinatum, Sunt autem hic "
duæ quæstiones: *Quis debeat esse* JUDEX *in synodo? &:* "
Unde statuendum sit de veritate & rectitudine latæ sententiæ? "
Ostensum est supra, Ecclesiam non habere potestatem condendi leges de Religione, secundum quas judicetur de vera Dei agnitione, & vero eius cultu, qualem Magistratus habent potestatem condendi leges positi- *Index supremus in Synodo Verbum Dei.*
vas politicas, secundum quas rei absolvantur, aut dam- "
nentur: sed alligatam esse ad VERBUM DEI traditum "
in scriptis Propheticis & Apostolicis. *Unus est Magi- Matt 23. 10.*
ster vester, qui est Christus. Est ergo supremus in Ecclesia "

JUDEX VERBUM DEI. Hic Judex solus est authenticus, & norma omnis Judicii de doctrina Ecclesiæ: à quo nō est appellatio, & adversus quem nulla valet nec authoritas, nec disputatio. Recipiendum est ergo in Ecclesia omne dogma, congruens cum scriptura & symbolis: repudiandum omne cum his non congruens. Hæc regula plana & immota est.

VERUM hic difficultas objicitur: cum utraqua pars dissentientium contendit, hunc iudicem pro se iudicare, hoc est, verbum Dei stare à se: quis pronunciabit, & unde constabit, utra pars cum Scriptura consentiat?

Iudex inferior quis esse debeat)

DE HAC quæstione pronunciandi authoritatem supremam PAPA sibi arrogavit, alii aliis vendicant. Sed reverâ, si hominum arbitrio hîc standum est, homines supra Deum & verbum Dei collocantur. Scriptura verò tantùm prætextus erit, quo illi suas opiniones & placita obtrudant mundo. Interea tamen, cùm Scriptura tantùm contineat regulam veritatis simplicem & generalem, non applicatam & restrictam ad exempla, ad speciem, ad indiuidua, hoc est, non exprimat nominatim hicne, an ille, Lutherusne an alius rectè sentiat, hæcne oratio: *Corpus Christi est in pane, est ubique:* an vero illa: *Corpus Christi non est in pane, non est ubique*: cum sententia Scripturæ congruat: necessarius est etiam JUDEX INFERIOR, seu ministerialis, cuius officium est, axioma seu maiorem propositionem syllogismi iudiciarii, quid recte, quid non recte secundum Scripturam doceatur, exprimentem, non suo arbitrio constituere, aut Scripturæ tribuere, sed ex ipsa Scriptura sumere: Minorem vero ab hominibus dogma aliquod sive verum sive falsum asseverantibus accipere, atque ita conclusionem

Iudicis inferioris officium

necess

neceſſariò conſequentem adiungere, ſeu voce & cōfeſſione ſua exprimere.

Iudex inferior ſynodus. Hoc judicium inferius non debet eſſe penes *præſides* ſynodi. Sic enim ipſorum ſtatueretur authoritas maior, quàm ſynodi: quod ſanè abſurdum fuerit, cùm ipſi quoque neceſſariò ſint ex altera parte litigantium, & ſynodus tam propter ipſos, quàm propter cæteros vel docendos, vel confirmandos convocetur: ac præterea ſupervacanea eſſet ſynodus, ſi ipſis eſſet committendum judicium. Poterat enim abſque ſynodo illis committi. Sed ideo congregatur ſynodus, ne judicium de omnibus fiat à paucis. Oportet ergo judicium hoc miniſteriale penes totam ſynodum quidem eſſe: non tamen pendere ex ipſa, ſeu niti ipſius authoritate, ſed authoritate verbi Dei, & teſtimonio conſcientiæ ſuæ, & aliorum, conſiderantium verba Scripturæ, ſecundum legitimæ interpretationis leges. *Officium ſynodi quod ſit.* Officium enim ſynodi eſt, non articulos fidei condere, aut à Deo traditos ſuo arbitrio exponere: ſed ſententiam ſcripturæ de dogmate controverſo inquirere, ſecundùm eam, quæ dicta eſt, interpretandi normam, & rationes, quibus ipſa convincitur de veritate, etiam cæteris monſtrare ad eos docendos, aut confirmandos. *Eccleſia teſtis veritatis quomodo ſit.* Teſtis quippe veritatis eſt Eccleſia, non propter aſſeverationem ſuam: ſed quia rationibus evincit, hoc eſſe verbum Dei, quod ipſa aſſeverat: & quia profeſſione teſtimonii ſuæ conſcientiæ, & monſtratione argumentorum deducit alios ad conſiderationem eorum, quibus & illi convincantur: ut jam non Eccleſiæ, ſed Dei teſtimonio agnito & intellecto fides ipſorum nitatur: ſicut Samaritani dicunt mulieri: *Non amplius propter tuos ſermones credimus: ipſi enim audi* *Ioh. 4. 42.*

„ *vimus, & scimus, hunc esse vere Christum.* Non enim Deo pro-
„ pter Ecclesiæ, sed Ecclesiæ propter Dei testimonium cre-
“ dendum est.

Ad sententiam legitime ferendam quæ requiruntur.

UT ergo possit synodus talem sententiam ferre, cujus certitudinem & ipsa videat, & alii videre queant: ante omnia PRIMO necessarium est, ut constet de sententia germana dictorum Scripturæ, ex quibus de con-
„ troversia quaque judicandum est. Hæc autem cogno-
„ scitur ex natura & usu sermonis, ex analogia fidei, ex di-
„ ctorum circumstantiis, & collatione. Spiritus enim &
„ sermo Dei ipse est regula suæ sententiæ ac certitudinis
„ argumentum: ideoque Scriptura per Scripturam inter-
„ pretanda. DEINDE constare oportet de sententiis
„ dissidentium, ne cui fiat injuria. TERTIO caveri,
„ ne impediatur sinceritas iudicii factionibus, conspira-
„ tionibus, pactis, promissis, minis, gratia, authoritate
„ humana, vel simili aliqua causa, quales omnes abjurari
„ in synodi principio debent, ut conscientiarum & senten-
„ tiarum sit vera libertas. Requiritur DENIQUE ad co-
„ gnitionem decisioni necessariam, ut audiantur partium
„ defensiones & responsiones eo usque, donec altera pars

Meta disputationum & victoria.

adigatur *vel* ad principiorum, ex quibus disputandum est, negationem seu destructionem: *vel* ad repugnantiam, qua sibi ipsi contradicat, alibi concedens, quod a-
„ libi negat: *vel* ad petitionem principii, qua id ipsum in
„ disputationis progressu assumat, quod proponebatur
„ confirmandum, aut alio fundamento nitatur æque aut
„ magis incerto, quam est conclusio, de qua quæritur.
„ Hi sunt enim disputationum omnium fines ac termini,
„ ad quos adigens alterum vincit, siue de divinis, sive de
„ humanis rebus quæstio sit. In hos tandem necesse est
„ probationem falsæ conclusionis incidere, quæ non pa-

ralogis

ralogiſmis ludit more ſophiſtico, ſed formam argumentorum juſtam conſervat: ſicut contra veræ concluſionis defenſio, ſine contradictionis implicatione, ſine principii petitione, ad principiorum uſque ſtabilitionem pertingit. Sunt autem principia in doctrina Eccleſiæ oracula & teſtimonia divina, hoc eſt, Sacra Scriptura.

Certæ ſunt ergo hæ judicandi normę:

Norma judicandi de dogmatibus Ecclesiæ.

I. Quodcunque dogma vel iiſdem verbis, quibus proponitur, vel idem ſignificantibus in ſcriptura expreſſum eſt, vel ex iis, quæ expreſſa ſunt, neceſſario conſequitur, id eſt, bona conſequentia exſtruitur: tanquam ſanum & orthodoxum, & nitens fundamento ſeu principiis, ulteriorem probationem non requirentibus in Eccleſia recipi debet.

II. Quodcunque dogma, aut cuiuſcunque dogmatis conſequens neceſſarium deprehenditur cum expreſſis ſcripturæ teſtimoniis, aut eorum conſequentibus neceſſariis pugnare: debet ab Eccleſia tanquam falſum repudiari: ſive is, à quo defenditur, principia, & ex illis conſequentia, neget, ſive confiteatur, atque ita ſibi contradicens ſeipſum refutet.

III. Quodcunque dogma de religione cum ſcriptura quidem non pugnat, veruntamen è Scripturæ verbis per eorum ſenſum genuinum aut per neceſſariam conſequentiam non probari poteſt: Sed vel per ſeipſum, vel per incerta principia, probatur: tanquam Eccleſiaſticum vel creditu neceſſarium non eſt recipiendum: neq; illud non recipiens hęreticus judicandus.

Scopus disputationum in synodo.

Hunc ſuorum dogmatum conſenſum, oppoſitorum autem pugnantiam cum Scriptura, vel ab ea diſceſſionem demonſtrare, ſcopus eſt in ſynodo diſputantium: quem donec altera pars aſſecuta ſit manifeſte,

non

non est abrumpenda disputatio. Postquam autem alterutra pars hoc modo suæ sententiæ veritatem, & contrariæ falsitatem evicit, quod omnino tandem fieri necesse est: finem utrique imponere contentioni, convicti cedere veritati, & communibus cum altera parte suffragiis, quod verum esse monstratur & deprehensum est, approbare & decernere, Deoque gloriam suam tribuere debet.

CAPUT XI.

De periculo iniusti decreti synodici cavendo, & de necessitate Synodi legitimæ hoc tempore.



HIC AUTEM rursus oboriri metus possit viris bonis. Sæpe homines, præsertim diu in errore confirmati, non vident congruere cum Scriptura, quæ congruunt, & pugnare, quæ pugnant. Sæpe vident, sed fateri nolunt. Quid igitur, si in dicendis sententiis pars deterior numero suffragiorum vincat meliorem, & sic opprimatur veritas? Sed considerare debent causas horum incommodorum, ex quibus vel exstiterunt, vel existere possunt, & non rarò solent. Error aut ex occultatione aut ignorantia veri est: dissimulatio & condemnatio agnitæ veritatis, & defensio agnitæ falsitatis, ex malitia hominum, qui veritatem in iniustitia detinent, & multi peccant in Spiri-

Causa iniusti decreti synodici

tum Sanctum. His causis remotis non est metuendum
illud injustæ sententiæ synodi periculum. Sæpe inju-
riam passa est veritas in synodis : quia omnes congre- 1.
gati consenserunt in eodem errore, atque ita veritas de-
serta & silentio prætерita est: aut actione non legitime
instituta, per vim aut fraudem eius defensio oppressa est:
ut in Arianorum & Eutychianorum, ac deinceps Ro-
manensium synodis. Hic autem dictum est non ex una,
sed ex utraque parte dissidentium esse mittendos æqua-
li jure & libertate, disputaturos in synodo. Sic veritas
nec reticebitur, nec destituetur idoneis defensoribus,
& prætextus ignorantiæ non relinquetur. Si homi- 2.
num indoctorum multitudo confluxerit, quibus unus
Sophista tinnulus persuadere queat, nivem esse nigram:
iis forte hic etiam persuaserit, quinque esse paria & im-
paria. At nos de conventu virorum loquimur, qui do-
ctrinam, prudentiam & ætatem habeant. His non tam
facile persuadebitur, non pugnare, quæ pugnant: aut
contradictoria simul vera esse : aut probationem esse,
quæ nulla est. Nam Deus insevit mentibus hominum
intelligentiam sermonis, contradictionis, & bonæ con-
sequentiæ: ut sint organum Spiritus divini, ad erudien-
dos & convincendos de veritate omnes sanos, sanctos
& non sanctos: vt non possint non videre, quæ vident,
& conscientia sit mille testes. Si abrumperetur dispu- 3.
tatio, antequam auditæ essent responsiones necessariæ:
posset aliquibus imponere speciosa sophistica, ut falle-
rentur judicio. At nos diximus, in legitima synodo a-
ctiones esse persequendas, usque ad veri & falsi eviden-
tiam, utrique parti satisfacientem. Hoc ubi fit, neces-
se est tandem, falsa tuentem aut principia aut suas ipsius
hypotheses evertere: aut omni probatione destitui: atq;

ita diſputationis exitum ſuccumbendo facere. Leges autem Synodicæ cogere debent utramq; partem, rationes ſuarum aſſertionum evidentes reddere: id non volentib. aut non valentibus, tanquam victis, ſilentium imponere: & facta inclinatione multorum unius partis ad alteram, paucos præter rem contentioſos, & δυσοκλαίνοντας, non pati obſtare decreto.

4. Si omnium, qui ex una parte conveniunt, tanta eſſet pravitas, & levitas atque impudentia, ut contra conſcientiam veritatem manifeſtam condemnantes, non curarent omnium viventium & poſterorum de ipſis judicia: poſſet fortaſſe multitudo ſuffragiorum rectitudini pręvalere. At jam ante diximus, eſſe viros mittendos ab Eccleſiis, de quorum pietate & honeſtate quam minimum dubitaretur. Diximus item, omnes oportere jurare ſe dicturos ſententiam, quam Scripturæ ſacræ conformem eſſe, ipſis dictaret conſcientia. Diximus item, acta ſynodi publicanda eſſe ab utraque parte, aut etiam ab una, ſi pars altera editionem vellet impedire. Pii autem & boni viri nunquam dicent eſſe verum, quod vident eſſe falſum: neque dicent eſſe falſum, quod vident ac ſciunt eſſe verum. Non erunt blaſphemi contra teſtimonium Spiritus ſancti in ſuis mentibus: non erunt perjuri. Quin etiam ſi qui eſſent hypocritæ: tamen pudore aut metu ignominiæ coërcebuntur, cum cogitabunt, actiones publicatas perpetuum aut inſaniæ, aut perverſitatis aut impudentiæ teſtimonium contra ſe dicturas, ſi manibus palpabili veritati non ceſſiſſent.

IN HUNC ergo modum, aut huic non repugnantem, de quo tum deliberandum & ſtatuendum foret, cum ad rem veniretur, ubi prudentiores facile meliora invenirent conſilia, quam à nobis cogitari poſſent, inſti-

tuendus doctorum conventus esset ille, quem dicimus le- "
gitimum, liberum & Christianum, ad cuius provocamus "
judicium: non autem Romanensium, aut Bergensium Pa- "
trum more, ex juratis unius partis complicibus, ad conde- "
mnandum sine disceptatione & judicio libero partem ab- "
sentem, aut factionibus vel vi oppressam. "

In tali synodo non metuit periculum bona causa, & "
bona conscientia, neque etiam animus discendi cupidus, "
siquid ignoret, & paratus cedere veritati divinæ, sicubi "
aberrasse ab ea convincatur. Neutro enim modo ho- "
mines pii periculum timent, neutro jacturam, sed utro- "
que lucrum faciunt, & habent, quod lætentur: sive tu- "
entes veritatem vincant: sive in errore versantes vincan- "
tur. Non tantum enim veritatis victoriam, sed etiam "
ab errore ad veritatem reductionem in lucro ponunt: "
quemadmodum Apostolus, quæ ipsi erant lucra, hoc *Phili. 3. 8*
est, splendidas suas opiniones de justitia operum, quibus "
sibi vehementer placebat in Pharisaismo, propter Chri- "
stum ducebat esse damna: & propter eminentiam co- "
gnitionis Christi illis omnibus se ipsum mulctabat, ea- "
que ducebat pro stercoribus, ut Christum lucrifaceret. "
Nos Dei beneficio firmioribus causæ nostræ fundamen- "
tis nitimur & confidimus, quam nostri adversarii: & ta- "
men sic sumus affecti, ut, sive in his, de quibus contro- "
vertitur, sive in aliis doctrinæ capitibus, ex verbo Dei a- "
liquis noster error nobis demonstrari à quocunque pos- "
set, non tantum non repugnaturi ipsi & conscientiæ no- "
stræ, sed etiam summi beneficii loco habituri essemus "
veritatis cognitionem, & ab errore liberationem. Idem "
si illorum esset animus, jamdudum res essent composi- "
tæ. Sed quibus hoc est propositum: ut sua sive bona, "
sive mala sint, & quocunque modo, sive justo, sive "

injuſto, tueantur, & nihil videtur neque turpius, neque damnoſius, quam errores ſibi lucroſos abijcere: illos non eſt mirum, omne legitimum judicium, tanquam ſcopo ipſorum adverſiſſimum, refugere & detrectare. *Quiſquis perverſe agit*, inquit Dominus, *odit lucem: nec venit ad lucem: ne arguantur opera ipſius. Qui vero ſincere agit, venit ad lucem, ut manifeſta fiant facta ipſius, quod ſecundum Deum facta ſint.*

Ioh.3.20.

Nos certe neutra in parte congregatorum perſuadere nobis aut ſuſpicari poſſumus, omnes tam fore vel cæcos, vel impios, vel juriſiurandi & famæ ſuæ immemores: quin, ſi non omnes, ſaltem plerique, cum viderent ſe vinci rationibus & ſcripturæ teſtimoniis, Deo gloriam, & veritati locum daturi eſſent. Neque exiſtimandum eſt, adeo deſertum iri à Chriſto ſuam Eccleſiam, gloriam & veritatem, ut fideles ſuos miniſtros ac dociles diſcipulos, congregatos in ipſius nomine, ſerio quærentes verborum ipſius germanam intelligentiam, & implorantes Spiritus ſancti gratiam, ad illam perſpiciendam, in errores cum fundamento ſalutis pugnantes labi pateretur. Promiſſionem enim ſui Spiritus adſtrinxit Dominus non ad Pontificatus, Epiſcopatus, Abbatias, Prælaturas, Cancellariatus & Præpoſituras: non ad raſuras & inunctiones: non ad mitras & peda, ad pallia gemmata & aurata, aut ullam humanam prærogativam: ſed ad ſeriam cœleſtis ſapientiæ inveſtigationem & petitionem. Ac tantum robur eſt veritatis, ut etiam ab uno evidenter in conſpectum producta, mille tuentes oppoſitum pudefaciat, & in obſequium ſuum quaſi captivos ducat. Sic unus ſenex *Paphnutius* totam ſynodum Nicenam revocauit in viam, vt ſcriptum contra miniſtrorum Eccleſiæ conjugia decretum injuſtum retractaret.

Hiſt. Tri part. lib. 2 cap. 14.

DENI-

DENIQUE vero ſi tanta eſſet vis iniuriæ, quod in Synodo recte inſtituta non facile poteſt accidere, ut damnaretur verior ſententia: non propterea corrueret articulus fidei: *Credo Eccleſiam Catholicam*: non propterea cogerentur pii, veritatis, de qua convictæ eſſent ipſorum conſcientiæ, confeſſionem abijcere: ſicut ne Elias, cum putaret, ſe ſolum eſſe reliquum, qui Deum recte coleret. *1.Reg.19.14.* Publicarentur acta: judicium committeretur toti Eccleſiæ: agnoſcerent veritatem, quorum corda aperiret Dominus: & audirent oves Chriſti vocem paſtoris ſui: è cuius manu neque ſynodorum authoritas, neque perſecutio, neque ulla vis eas rapere poteſt. Is hactenus conſervavit etiam ſub cruce, & conſervabit deinceps Eccleſiam ſuam in vera ſui confeſſione & invocatione: eique hoſpitia dabit in mundo: donec veniat, poſtremo, & juſto ſuo judicio lites omnes deciſurus, & omnia ſcandala è medio ſublaturus. Culpam ut præſtemus, à nobis requirit Deus: eventus vult committi ſuo auxilio, quos ita ſe gubernaturum promiſit, ut facientibus officium, & ipſum in vera fiducia invocantibus ſint futuri ſalutares. Commendatum eſt omnibus ſuo loco ſtudium doctrinæ ſalutis & pacis Eccleſiarum, & piæ concordiæ in vera doctrina de Deo, & ejus cultu. Quoties ergo incidunt diſſidia de rebus magnis, non privata inter paucos, ſed publica inter multas & magnas Eccleſias, quæ clamet experientia non poſſe componi, ſed in dies creſcere & augeri multorum ſcandala, niſi publica ſententiarum collatio fiat, & communi ſtudio veritate quæſita concorditer erudiantur Eccleſiæ, utra pars diſſidentium verbo Dei conſentanea dicere ſit deprehenſa: non eſt hoc remedium ad ſananda Eccleſiæ vulnera, negligendum, quod Spiritus ſanctus monſtravit *Synodus legitima neceſſaria.*

nobis per apoſtolorum conſilium & exemplum, quod omnis divini & humani juris ratio poſtulat: quod legitime uſurpatum Eccleſiæ ſalutare fuiſſe, in multis grauiſſimis dogmatum confuſionibus experientia comprobavit. Videmus autem, eo proceſſiſſe incendium ſchiſmatis in doctrina de Cœna Domini: ut nullis hactenus tentatis rationibus potuerit reſtingui. Quanta hinc infirmorum ſcandala, conſcientiarum vulnera, perſecutionum & ſævitiæ hoſtilis in pios incremēta, Eccleſiaſtica & Politica pericula & mala exiſtant, in omnium conſpectu eſt: quam triſtis idololatriæ ſtabilitio & doctrinæ depravatio, vident & deplorant pij, qui veritatem intelligunt. Accedit jam novum incendium *Ubiquitarium*, Eutychiano haud diſſimile. Hærent & aliæ quædam ſententiarum diverſitates, deſiderantes doctorum colloquia: quas nequaquam explicat liber Bergenſis. Eſſet etiam operæprecium novis corruptelis, quæ Arianas & Samoſatenicas blaſphemias renovant, refutationes publico omniū Eccleſiarum nomine opponi: Ideo non abs re judicarunt omnes prudentes jam inde ab initio repurgatæ doctrinæ, hoc tempore, ſi ullo unquam fuit, neceſſariam eſſe Eccleſiæ ſynodum legitimam.

Difficultatem vero, quæ obſtat, minuere non parum videretur conjuncta Illuſtriſſ. Principum Germaniæ, qui Evangelium profitentur, voluntas. Si enim illi conſentirent: non opus foret imperio generalis alicujus Monarchæ, qualis erat Conſtantinus: ſed non dubitandum videtur, exteras Eccleſias de ſalutari conſilio ipſorum commonefactas, libenter ſuam operam adjuncturas. Cumque non oneroſum eſſet ſingulis Principibus & Rebuſpublicis ſuos legatos mittere ſumtu publi-

co: multo minoris hæc pacificatio Ecclesiarum consta- "
ret Illustriss. Principibus, quam illis vendunt fumos U- "
biquitatis aurei Theologi. Utilitas autem ad Ecclesiam "
& gloria ad ipsos apud omnem posteritatem longe major "
rediret. "

ATQUE hæc sunt, Christiane lector, quæ de forma Synodi ex ADMONITIONE Theologorum nostrorum repetenda hoc loco duxi. Quibus non illud modo, quod de possibilitate, sed etiam quod de legitima forma, felici successu, summaque hoc tempore necessitate universalis, liberæ, Christianæ Synodi Evangelicorum ambigitur, satis superque explicatum confectumque esse judico: salvis prudentiorum judiciis, quæ, ubi ad rem ventum fuerit, tempus, occasio, Deus Opt. Max. Ecclesiæ suppeditabit.

Exceptiones contra hanc Synodi formulam.

NEQUE vero audiendos hic putaverim eos, qui dicunt, præmature formulam actionis synodicæ præscribi, de cuius processu tum demum sit deliberandum, ubi de Synodo cogenda totus Christianus orbis aliquando consenserit: & formulam eiusmodi in nullis Synodorum actis reperiri: & Principes jam nosse quid credant: Theologos item in confessione & fide sic esse fundatos, ut propterea Synodum cogere operæprecium nullum videatur. Hæc, inquam, quorundam obiecta attendenda non sunt.

DE CAUSA communi in medium consulere quidni omnibus sit liberum? Et hoc facere non mox præscribere est: nec præmatura est de mediis consultatio, absque quorum cognitione finis vix in voluntatem veniret: ut in præsenti negotio jam diu factum videmus. Quid enim Principum atque Ordinum Evangelicorum desiderio de libera & generali Synodo hactenus obstitit, nisi

quod de mediis & processu conveniente conveniri nondum potuit? si extemporalis magis, quam meditata, scripta actionis forma placeret toti Synodo: age, per nos sane fieret. An tutior, fructuosior futura esset, prudentes dispicient.

Lib.1.c.1. de concil.

ACTA veterum conciliorum, quæ BELLARMINUS fatetur *nos habere negligenter conservata, multisque mendis scatentia*, merito sapere nos docent. Minus enim clamorum, vociferationum, contentionum, tragœdiarum pleraque habuissent, si ad meliorem modum instituta fuissent. In CHALCEDONENSI Oecumenico mox in prima actione exclamatur: *Vbi gladii & fustes, qualis Synodus est?* Et *qualis, ubi ignis & rogi*, ut Constantiæ?

Tom.1.cōcil.pag 745.Chalced.sess.1.

SCIENTIAM & πληροφορίαν veræ doctrinæ ac fidei omnibus Christianis Principibus, cumprimis Theologis, optamus: Qua si omnes cum charitate abundarent, tot dissidia & controversiæ de vera doctrina non essent. His igitur tollendis aut conciliandis quæritur, petitur synodale remedium. QUOD ut magis etiam speremus, facit Theologorum adversæ partis promtus animus, quem de Synodo pollicentur in Apologia Erfurdiana his verbis: *Ne vero synodi spem omnem præcidere aut congressum devitare velle videamur: Theologi, quantum ad se, libere, coram toto orbe Christiano profitentur, se, quatenus laudatissimis suis Magistratibus videbitur (penes solos enim Theologos res ea non est) ubi de synodo convocanda convenerit, ad eam absque tergiversatione venturos esse, non solum ut assessores, sed etiam ut actores & defensores fidei suæ coram omnibus, tantumque abest, ut conventum ejusmodi recusent, ut serio etiam exoptent, quo synodus partium dissentientium (siquidem è re esse putabitur) quantocius convocetur: utpote qui*

Apol.ca 15 pag. 225.

Dei

Dei gratia lucem nequaquam defugiant. Voto igitur Synodi conciendæ convenimus. Sed votum procul est. Accedamus propius.

CAPVT XII.

Quod, dum Synodus & concordia plena concilietur, interim pio syncretismo, mutuaque tolerantia coire, & contra Papatum simul stare debeant Evangelici, causa prima exponitur.

AD Christianam igitur concordiam sanciendam via erit una & proxima, SYNODUS legitima: de qua cum utriusque partis Theologi ad rem quod attinet) cõsentiant, paratosque ad eam ingrediendam sese ostendant, quatenus id laudatissimis suis Magistratibus utrinque commodum videbitur: quid restat, nisi, ut quod paci Ecclesiæ consultum judicant, exoptantque, omnes conjunctis votis sociisque studiis utrinque apud Serenissimos REGES, Illustrissimos PRINCIPES suos, quantum in se est, urgeant, promoveant, conficiant.

SI QUA vero supererunt impedimenta, nobis neque nota, neque inquirenda vel judicanda, quæ obstent, quo minus hoc tempore de Synodo generali, deque concordia plenaria concilianda laborari, aut si laboretur, Syn

odus tamen ut res maximi moliminis intra breve tempus cogi facile possit: quid interim faciendum? An de Ecclesiarum conciliatione & pace desperandum aut cessandum? Minime. Nautæ in tempestatibus maris cursum quidem rectum tenere semper exoptant: Sed reflantium ventorum vi atque impetu non raro ad velificandum per obliqua compelluntur: sicque tandem incolumes portum etiam contingunt. Cumque in qualibet re, & cumprimis circa virtutem, medium sumere sit summe difficile,

Arist. lib. 2. Eth. ca. 9.

suadet Philosophus, κατὰ τὸν δεύτερον πλοῦν τὰ ἐλάχιστα ληπτέον τῶν κακῶν: hoc est, *secunda navigatione minima malorũ esse capienda:* Sic nos in præsenti causa, si ipsam concordiæ lineam ob reflantes contentionum ventos contingere nondum valemus, faciamus interim, quod possumus, imo quod debemus, Apostoli jussu, & in eo, ad quod utrinque divina gratia pervenimus, eadem incedamus regula, itidemq; simus

Phi. 3. 16

affecti, hoc est, Christiana moderatione invicem toleremus, donec perfecte unum sentire nobis detur: Faciamus, inquam, in re bona, quod tribunitius ille Prognostes *Paulus VVindeck* suis Pontificiis suadet in re mala, de oppressione Evangelicorum consulens: Si inquit, *saperent Catholici, & ipsis chara esset Reipublicæ Christianæ salus*, SYNCRETISMUM *colerent.* Et nos igitur pio SYNCRETISMO adversus communem hostem ANTICHRISTUM studia, consiliaque coniungamus, donec plenam illam concordiam bonis omnibus desideratissimam obtinere queamus.

VVindeck in Prognost. pag. 412.

Apolog. Erfurt. c. 18. pag. 324.

NEQUE mihi hic quisquam dixerit, ita licentiam quidvis credendi in religione quæri, SAMARITANISMUM suaderi. ABSIT à viris bonis tam inconsiderata vox. Nihil nobis cum Samaritanismo, cum Libertinismo, cum vanis religionum confusionibus.

Loqui-

Loquimur de tolerantia Christiana mutua partium cætera consentientium: in hac una primaria cõtradictione dissidentium: *Corpus Christi est in pane, & ubique*: *Corpus Christi non est in pane, & ubique*: Ejus vero causas plurimas & gravissimas esse vel me tacente prudentes omnes facile intelligunt. Exponam breviter aliquas.

I. Causa Consensus Evangelicorum omnium in fundamento salutis.

PRINCIPIO Evangelici omnes utriusque partis in fidei Catholicæ & salvificæ fundamento, hoc est, in iis doctrinæ Christianæ capitibus, quæ universis & singulis fidelibus ad salutem æternam in Christo consequendam scitu credituque sunt necessaria, & absque quorum fide nemo servabitur, revera consentiunt. Etsi enim importuni quidam δημαγωγοὶ magno clamore hoc inficiari, & controversias nostras tragice exaggerare solent: Papistæ etiam libenter hoc manibus pedibusque arripiunt, & in suum trahunt emolumentum, frigidamq; quantum queunt suffundere non cessant: nihil tamen morosi illi Stentores nisi suam inscitiam, cum insigni conjunctam malitia traducunt: Id quod ex Elencho infra cap. XXIV. clarius elucescet. Ubi vero unitas est in fidei fundamento, ibi non tolerantia modo, sed & charitas Christiana vigere debet inter partes: quantumvis notorium definitumque jam esset, unam ex illis aliquid stipularum, ex ignorantia vel infirmitate humana, fundamento superstruere.

Schluss. l. 2. art. 13. Theol. Cal. Muller. prado. Thes. 134. &c.

Occupatio

JUBET quidem Apostolus a omnes idem sapere, & de rebus fidei b idem loqui omnes, esseque coagmentatos eadem mente & sententia. Et ad hanc sane metam Ecclesia remis velisque contendere debet: eamque contingere utcunque valent, quotquot perfecti sunt. VERUM ENIM VERO, non ignoravit idem Apostolus, inde quidem astutias Satanæ, hinc vero ignorantias &


a 1. Pet. 3. 8.
b 1. Cor. 1. 10.

infirmitates varias etiam sanctissimorum circa res pietatis & fidei. Voluit igitur, a *ut qui sunt firmiores in fide ii firmos suscipiant, cum omni lenitate & tolerantia*, donec & ipsi in fide roborentur: minime vero, ut ob quasvis differentias infirmos abjiciant, servos alienos iudicent, schismata concitent b *Quotquot, inquit, perfecti sumus, hoc sentiamus. Quod si quid aliter sentitis, hoc quoque vobis Deus reteget. Attamen in eo, quo pervenimus, eadem incedamus regula, & iidem simus affecti.* c *Eum qui fide est infirmus, assumite non ad certamina disputationum.* d *Audio inter vos esse dissidia:* e *Quod si quis videtur contentiosus esse, nos ejusmodi consuetudinem non habemus, neque Ecclesiæ Dei.* Absit igitur, ut nos cum Ecclesiis alterius partis, quatenus quidem eadem veritatis regula nobiscum incedunt, & fundamentum salutis incolume retinent, charitatem abrumpendam, aut schisma alendum judicemus, propter corporalis præsentiæ & oralis manducationis paleas, fundamento haud consentaneas. Qui secus fecerint violatæ charitatis & turbatæ pacis Deo rationes reddent.

a Rom. 15.1.
b Ph 3. 15.
c Rom. 151.
d 1. Cor. 11.16.18.
e 1. Cor 11.16.

CAPVT XIII.

Secunda causa unionis, Dissensio Evangelicorum in uno articulo, eoque non toto.



ORRO qui in uno tantum doctrinæ capite, eoque fundamentum directe non concernente, dissentiunt, eos charitatem nequaquam abrumpere, sed pacem colere adver-

ſus communes Evangelii hoſtes, omni modo convenit, ſupradicto Apoſtoli præcepto, niſi iram Dei diſcordibus paratam incurrere velint. Etſi autem contentioſi quidam quibus ignem diſſidiorum gladio fodere eſt volupe, vulgo clamitant, non unum ſolum, ſed plurima, imo omnia prope fidei dogmata ſibi nobiſcum controverſa eſſe: neſciunt tamen iſti fervidi vitiligatores, quid garriant, neque coram legitimo judicio criminationes ſuas unquam probabunt. Veriſſime enim jam inde à ſchiſmatis hujus exortu non fuit controverſia Evangelicis, niſi de S. Cœna: nec de ejus doctrina tota, ſed tantum de una ejus parte, eaque ad ſalutem non neceſſaria: quippe ex ipſius LUTHERI ſententia piis & impiis communi: videlicet, de corporali præſentia in pane & orali manducatione corporis Chriſti, quam fidelibus & infidelibus communem eſſe volunt.

UT ENIM, quatenus de hoc capite omnes conveniamus vel diſſentiamus, legentium oculis breviter ſubjiciam: CONSENSUS utrinque eſt de hoc fundamento, quod in uſu legitimo S. Cœnæ (qui eſt, quando Sacramentum fide promiſſionis Evangelii ſumitur à converſis) Chriſtus verum ſuum corpus pro nobis traditum, & ſanguinem ſuum pro nobis fuſum in cruce, omnibus fidelibus fide manducandum & bibendum vere communicet in cibum & potum vitæ æternæ: ET, quod hujus communicationis teſtimonium atque inſtrumentum velit eſſe miniſterium verbi & Sacramentorum, cumprimis Euchariſtiæ: ET, quod hanc ſalutarem ſui communicationem omnibus credentibus in verbo ſacramenti promittat, vereque præſtet: ET, quod hæc communio ad ſalutem omnibus adultis ſit neceſſaria atque ſufficiens. Hæc, inquam, longe arctior eſt communio, quam

Conſenſus Evangelicorum de S. Cœna.

1. 2. 3. 4. 5.

est membrorum nostri corporis cum capite, longeque verior & propinquior PRÆSENTIA corporis Christi in Eucharistia, quam possit esse ea, quæ fingitur, PRÆSENTIA eius in pane, & existentia intra ora vel corpora omnium communicantium etiam infidelium, qui si Christum etiam manibus palparent i tamen ab ipso longissime absunt, & ipse ab illis. *Sicut enim cæcus* (inquit Augustinus) *etiamsi ibi sit, ubi lux est: non est tamen ipse cum lucet, sed absens est à præsente: Ita infidelis atque impius, etiamsi esse nusquam possit, ubi non sit & Christus, non est tamen ipse cum Christo, duntaxat per speciem: Nam hominem pie fidelem non est dubitandum cum Christo esse per* FIDEM.

August. tract III in Ioh.

6. HÆC PRÆSENTIA & communio corporis Christi non impeditur locorum intervallis: sed rata & firma est perpetuo omnibus fidelibus, quocunque loco existentibus: manente Christi corpore suo loco, quovis tempore, sive in terra, sive in cœlo, sive in nubibus. Quemadmodum enim caput præsens est pedibus, reliquisque membris omnibus adest vivificum, quamdiu ei per juncturas suas cohærent, etiamsi ipsum non sit in pedibus, nec in eodem loco cum pedibus, sed suo, hoc est, supremo corporis loco permaneat: Sic unus CHRISTI spiritus in ipso & in nobis habitans, corpora nostra, quantumvis loco procul dissita, cum Christi corpore per Baptismum, & per S. Cœnæ usum, unum corpus, unumque Dei templum efficit, testante Apostolo I. Corinth. 12. 13. *Omnes nos per unum Spiritum in unum corpus baptizati sumus: & omnes una potione in unum spiritum potati sumus.* De hac, inquam, præsentia & manducatione, & mansione corporis Christi in nobis, & nostri in ipso, quæ sola est salutaris, & tota spiritualis, inter nos & partem alteram prorsus constat: de qua præclare Au-

gustinus:

guſtinus: *Plus eſt*, inquit, *habere Chriſtum in corde, quam in domo: Cor enim noſtrum interius nobis eſt, quam ſit domus noſtra.* Et: *Hoc eſt ergo manducare illam eſcam, & illum potum bibere, in Chriſto manere, & illum manentem in ſe habere. Ac per hoc, qui non manet in Chriſto, & in quo non manet Chriſtus, procul dubio non manducat ſpiritualiter carnem Chriſti, nec bibit eius ſanguinem, licet carnaliter & viſibiliter premat dentibus Sacramentum corporis & ſanguinis Chriſti.* *Au. ſerm 144 de Temp. Tract. 26 in Ioh.*

AN vero corpus Chriſti realiter lateat IN PANE, prout canitur: verborgen im brod ſo klein / hoc eſt, *parvo latens in cruſtulo*, & an edatur ore à fidelibus iuxta & infidelibus? hoc ſolum hactenus manet in controverſia: ſicut faſſus eſt LUTHERUS in conſenſu Marpurgenſi anno CIↃ IↃ XXIX. edito: cuius formulam integram infra capite XXI. adſcribam. Poſt omnia enim acta, tranſacta, ibi de ſingulis controverſis capitibus partes confitebantur, de hac ſola quæſtione non potuiſſe conveniri: *An verum corpus & ſanguis Chriſti* IN PANE ET VINO *ſit corporaliter?* quam pars altera affirmabat & affirmat: noſtri negabant & negant. Aut igitur illi affirmando aberrant à vero, aut nos negando aberramus. Utrumvis ſit, dicimus eſſe errorem non de fundamento, ſed eſſe *ſtipulam* fundamento ſuperſtructam, cuiuſcunque illa ſit: eſſe *paleam*, in qua nullum granum fidei, nullus ſuccus conſolationis ineſt: quomodo plurimi canones inutiles in Gratiano *palea* appellantur. Fatetur enim pars altera, oralem manducationem ſine ſpirituali, nemini ad ſalutem prodeſſe, ſed noxiam eſſe: infidelibus item cum fidelibus communem eſſe. Quid igitur de ea litigabimus? Quam indignum eſt, non haberi pro fidelibus, qui non credunt, carnem *Diſſenſio Evangelicorum de S. Cœna.*

Chriſti

Chriſti comedi ab infidelibus? Quam præpoſterum, contra fideles infidelibus patrocinari? Quam turpe, Theologos contentionis fervore eo progreſſos eſſe, ut eius ſtabiliendi cauſa, quod piis cum impiis commune ſit, aliquid ſtatuant non commune piis inter ſeſe: & acerbius pugnent de communione infidelium cum fidelibus, quam de communione fidelium cum Chriſto?

PONAMUS veram eſſe oralem & impiorum manducationem, cum non ſit de fide ſalutis, an quiſquam eam non credens erit hæreticus? ab Eccleſia excludendus? Nuſquam habetur in *Scriptura*: nuſquam apud *Veteres*: nuſquam in *Auguſtana Confeſſione & Apologia ejuſdem*. In colloquio Marpurgenſi LUTHERUS conceſſit, partes de ea quæſtione diſſentientes poſſe & debere charitatem inter ſe colere pro cujuſque conſcientia: Paulo poſt Concordiam Witebergenſem ipſe iniit cum Eccleſiis Helveticis, quas ſciebat & videbat corporalem eſum carnis Chriſti non credere: MELANCHTHONEM ſemper agnouit pro collega & fratre orthodoxo, eiuſque ſcripta magis, quam ſua commendavit Eccleſiis: quantumvis ſciret non minus, quam nos omnes ſcimus, eum in hac quæſtione ab ipſo diſſentire, nobiſcum conſentire. Quo igitur ore condemnant nos hæreſeos illi, qui nunc examuſſim Lutherani haberi volunt? Cur non eadem æquanimitate, eadem moderatione cauſam hanc tractant? Rationem hujus mali aliam non videmus, niſi quod quidam Lutheri diſcipuli degeneres, cum virtutum ejus ne vmbram quidem habeant, nævos illius, vel ſuam potius κακοήθειαν, LUTHERI zelo palliatam, Eccleſiæ conentur obtrudere, ut ſoli ſcilicet γνήσιοι LUTHERI imitatores, diſcipuli, ſucceſſores habeantur.

AD CONTROVERSIAS alias quod attinet, constat, UBIQUITATIS dogma, de proxime à priore disceptatur, primum quidem à LUTHERO ad stabiliendam corporis Christi in pane existentiam productum, & tribus circiter annis XXVII. XXVIII. XXIX. superioris seculi, contra Ecclesias Helveticas defensum, postea vero ab eodem rursus abjectum fuisse.

RELIQUÆ controversiæ de *Prædestinatione* & connexis quæstionibus, post LUTHERI excessum, & paucis ab hinc annis à parte adversa in causæ deploratæ subsidium, non tam contra nos, quam contra ipsum D. LUTHERUM (quem à nostris partibus hic stare, tam novit pars adversa, quam nomen suum) motæ & concitatæ in eum finem fuerunt, ut suæ quidem causæ de S. Cœna nimium quantum laboranti, inducias aliquas pararent, nobis vero errorum multitudine vulgo invidiam conflarent: & hinc victoriam desperatam reportarent.

Cõtroversiæ aliæ præter Sacramentariam inter nos quales sint.


CUIUSMODI omnes illæ controversiæ sint, non est hujus loci prolixe explicare. Certe *vel* futiles sunt λογομαχίαι Theologis indignæ: *vel* sunt discrepantes quidem locorum quorundam Scripturæ interpretationes, sed analogiæ fidei haud repugnantes, modo candide judicentur, quales etiam in Veterum scriptis in- 1.
finitæ reperiuntur: *vel* sunt dogmata S. Scripturæ & or- 2.
thodoxæ Vetustati consentanea, ab adversa vero parte 3.
parum recte intellecta, & inique damnata: *vel* sunt sti- 4.
pulæ ab ipsismet fundamento superstructæ, à nobis vero 5.
improbatæ: *vel* denique sunt articuli nobis, sicut olim AUGUSTINO, falso impositi, hoc est, pura puta mendacia malevolorum, quæ omnia in legitima actione ad o-

culum demonſtrari poterunt, & poſtea breviter demon ſtrabuntur.

Cum igitur revera non ſit inter nos & partem alteram controverſia niſi de orali manducatione corporis Chriſti, ad ſalutem nec ipſis nec nobis utili vel neceſſaria: viderint ſane rigidi vitilitigatores, qua conſcientia dilectionis & pacis vinculum propterea rumpere diutius poſſint.

CAPUT XIV.

Tertia cauſa coitionis: incommoda præterita, præſentia, futura ex diſſenſione Evangelicorum.



SI PORRO incommoda & mala innumera mente reputentur, non modo quæ præteritis temporibus Theologorum contentiones Eccleſiæ conciliarunt, ſed quæ in præſentia oculis intuemur, quæque in futurum cervicibus omnium impendent, niſi cavemus, ferreos profecto vel brutos nimiſque improvidos eſſe oportet eos, qui ad pacis conſilia nihil illis moveantur.

Non mihi ſi centum linguæ ſint oraque centum,
Schiſmatis infandos valeam memorare dolores.

Quid, quæſo, illud eſt, quod *Papiſtas* hactenus ab Evangelii doctrina abſterruit, & fecit facitque, ut ceu hæreticam, Satanicam, ſeditioſam traducant, averſen

tur,

tur, persequantur? Nonne Theologorum funestæ de ea concertationes & capitalia super esu orali dissidia præcipue id effecerunt? Quid *Iudæis* scandalum posuit & ponit, nisi ea ipsa? Quid *Turcarum*, *Tartarorum* a cynaces adversus Christianum orbem exacuit, & adusque Germaniæ atque Italiæ limina pertraxit, nisi inde quidem horribilis Papistarum Idolomania, quæ per nostram discordiam crevit & crescit indies: hinc vero Evangelicorum tum peccata alia, tum fatales rixæ atque conflictus, quibus charitas fraterna proculcata, pax intestina conturbata, Erynnis furialis attracta, animi omnium Ordinum dissociati & exulcerati, consilia salutaria dissipata, afflictissima denique Ecclesia domi forisque prodita hostibus fuit? Quo vero pacto quove colore tot infirmorum offensiones, tot provinciarum, tot fidelium Doctorum & Confessorum condemnationes, exilia, carceres, persecutiones, cædes denique & sepulcrorum vastationes coram tribunali Dei excusabunt tantorum malorum architecti? Quis furorem Papistarum in Gallia & regionibus aliis inflammavit, ut cædibus, igne, ferroque passim in reformatæ doctrinæ sanctissimos Confessores, mulieres imbelles, pueros innoxios, turbam promiscuam miserandum in modum sævierint, nisi cruenti quidam Theologi, qui tragicis suis libellis, non atramento sed sanguine scriptis tyrannidem illam haud recte collaudarunt, Evangelii causa trucidatos DIABOLI MARTYRES traduxerunt: Sacramentarios (quos ita criminantur) non Theologorum stylo, sed carnificum gladio refutandos palam scriptitarunt?

QUID porro? Nonne ob hoc infelix bellum *Evangelici* omnes apud *Papistas* infamia summa jampridem

laborant, tanquam furiosi homines sua ipsorum viscera depascentes ac laniantes ridiculo habentur? Nonne hinc fidem nullam, Ecclesiam nullam, salutem nullam penes Evangelicos esse speciose argutari, suosque à tam discordi Evangelio ut sibi caveant, hortari ex omnibus cathedris exaudiuntur? *Quando*, inquiunt, *omnes sectarii isti se invicem hæreticos manifestos atque obstinatos vocant atque proclamant, quomodo non omnes hæretici nobis erunt? quomodo poterit inter eos esse ulla certa salus, ulla vera fides: cum vera fides & hæresis non magis se compatiantur, quam ignis & aqua?* Quid vero tandem de nobis augurantur, id est, in quas sese erigunt spes Papistæ? Nempe ob mutuas dissensiones & pugnas implacabiles futurum brevi, ut si Papæ & Papistarum potentia ad nos dellandos non sit satis, ipsi tamen mutuis concidamus vulneribus, nosque mutuo evertamus. *Si*, inquiunt, *nihil aliud haberemus, nisi istam eorum* FATALEM DISCORDIAM *ipsa natura & ratio docere nos possit satis, ut verbum Dei taceamus, causam hæreticorum tanquam fratrum Cadmæorum deploratam esse, & diu consistere non posse. Omne enim regnum in seipsum diuisum desolabitur, & domus super domum cadet. Veritas una & simplex est: mendacium varium & divisum. Ethnicos natura docuit, concordia res parvas crescere, discordia maximas dilabi. Ex mutuis igitur dissidiis interitus eorum & perditio certo consequetur. Vt enim maxima regna, ita hæreses, discordia mutua evertuntur. Crudeli Phalarismo in Calvinistas sæviunt Lutherani. Ex ejusmodi dissidiis multum nobis accedit emolumenti. Nam bellum hæreticorum est* PAX ECCLESIÆ, &c. Hæc & alia atrociora sexcenta omnes Papistarum libri decantant, omnes Jesuitarum Cathedræ quotidie resonant, Utinam falso. Et nos diutius in viscera nostra sævire

Bellam V. Evangel pag 170. 192.

Vlenb in rationibus V Vindeck in Progn.

NOTA.

Phala

Phalarismos exercere, cursum Evangelii remorari, scandala infirmis, extraneis ponere, risum, plausum hostibus concitare, Babylonem ædificare, vulnus bestiæ sanare, thronum Antichristi stabilire, dextram eius in nostra capita armare discordia nostra pergemus?

NONNE vero tandem animadvertimus, astu & fraude Antichristi discordiam nostram mirabiliter, & vix sensibilibus modis foveri? Jesuitæ versipelles scriptionibus modo prensant hos, modo illos: ut mutuo nos concitent. Quid igitur nisi mancipia sumus Antichristi, dum ad nutum eius hos ludos, quibus alius post alium conficitur, quasi in theatro exhibemus. Prodidit hunc ANTICHRISTI astum Prognosticator ille, de quo prius, prudens, imprudens, satis aperte: commodo utique nostro, si sapimus. In deliberatione de extirpandis hæresibus, & tuendo Papismo, *suadet Regibus & Principibus Papisticis, positis circa temporalia inimicitiis, colere* SYNCRETISMUM: *hæreticos ubicunque apparuerint sine mora, conjunctis armis opprimere: hæreticorum simultates ad Catholicorum trahendas esse emolumentum,* ALIOS AB ALIIS DIVELLENDOS: *omnes ab invicem dirimendos, ne qua sit consiliorum communicatio, & voluntatum consensio. Sic divulsos singulos facilius debellari, & ad imperata facienda cogi posse. Atque hoc artificio* CAROLUM *Imperatorem olim in bello Smalcaldico Protestantibus debellandis feliciter usum esse, palam profitetur.* Arrigite quæso aures, O PROCERES Evangelici (Theologi enim surdi sunt) neque an syncretismo cruento syncretismum pacis opponere debeatis, diutius cunctamini vel dubitate, ne serio tandem iubeat Bucolicus luctus:

VVindek. Progn. pag. 232. 412. 414 416.

———— Hem! quo discordia cives
Perduxit miseros? Hem! queis consevimus agros?

FRUSTRA vero ſibi blandiuntur, qui ex parte altera malorum præteritorum cauſas à ſe in alios reijciunt, pericula præſentia, inſtantia, ad ſe ſuaſque Eccleſias parum attinere vulgo perſuadent: quia Calviniſtis ſaltem oppreſſis ſublatiſq; pax alta futura, aureumque ſeculum rediturum ſit Lutheranis. Nę iſti ſplendide ſibi & aliis imponunt miſeri. De malorum ſuperiorum cauſis hiſtoriæ loquuntur, & ſerio nunc diſputatur, cum de remediis ſit cogitandum. Commune exitium omnibus Evangelicis PAPAM Rom. machinari, & pariter utroſq; amare, hoc eſt, Vatiniano odio proſequi, nimis ſimplices ſunt, qui non obſervant: cum omnes ejus tabulę, bullæ, conſilia, acta, actitata jampridē palam teſtentur, cū *Lutheranos* & *Calvinianos*, quos vocant, pari loco habere, hocq; agere, ut ſi unos in jentaculo, quod dicimus, abſorpſerit, alteros in prandio vel citius devoret. Et quid? Auſtria, Stiria, Carinthia, Alſatia, Donawerda, ſuperque Praga Bohemiæ nonne tandem ſapere nos docebunt? Græci olim XERXIS communis hoſtis adventu cognito, metu inſtantis belli ſimultatibus poſitis, mutua auxilia junxerunt, iſque ſyncretiſmus invictos imo victores præſtitit. Quid nos in periculo longe graviore faciemus? Libertas civilis ibi agebatur: hic etiam animarum ſalus vertitur.

CAPUT XV.

Quarta cauſa pacis: Diſſenſiones Patrum, Papiſtarum, Lutheranorum conciliationem admiſerunt, quidni & Evangelicorum?



N VERO, ut pergam, nullæ antehac inter Theologos sententiarum fuerunt differentiæ, & ex his controversiæ in Ecclesia, quibus non obstantibus unitas inter eos servata, vel ad periculum commune concordia reparata inter dissidentes fuit? Imo an nulla inter Papistas, interq; Lutheranos doctrinæ dissidia hodie existunt, quibus tamen pacis causa illi & isti inter sese conniventer indulgent?

AD VETERIS Ecclesiæ tempora si oculos convertimus, nonne inter duos summos Ecclesiæ Præsules, CYPRIANUM Africanum episcopum, & STEPHANUM Romanum Papam dissidium grave de re Sacramentaria intercessit, de Baptismo, inquam, hæreticorum: quem ille ut nullum reiecit, iste ut ratum probauit, adeo ut secus sentientes & facientes excommunicandos censeret? Quē propterea CYPRIANUS non leviter reprehendit, quasi hæreticorum causam contra Christianos, & contra Ecclesiam Dei asserere conaretur. Neque idcirco rupta inter eos concordia fuit. *Euseb. lib. 7. hist. c. 3* *Augu. de unit. Bap ca. 14.* *Cypr. ad Pomp. cõt. Steph.*

Inter BASILIUM MAGNUM & EUSEBIUM CÆSARIENSEM gravi exorto dissidio & inimicitiis flagrantibus adeo, ut ille Ecclesia deserta in Pontum secederet, cum à VALENTE Ariano Imperatore, ne Ecclesiam Cæsariensem Arianis traderet, periculum esset, conciliatore NAZIANZENO schisma sublatum fuit, & concordia restituta. *Sozom. l. 6. hist. ca. 15.*

Quam acris inter HIERONYMUM senem Presbyterum, & AUGUSTINUM juvenem Episcopum fuerit altercatio de loco Apostoli ad Galat. 2. 11. ubi Paulus ait, se Petro restitisse κατὰ πρόσωπον, quod ille *in speciem*, iste *in faciem* interpretabatur, undecim eorum epistolæ χρονι- *Vide epist. 10. Aug. & alias.*

βαλίων scriptæ, testantur: Nec ea concertatio unitatem eorum in fide conturbavit?

Hier. contra Ruffi. Inter HIERONYMUM & JOHANNEM Episcopum Hierosolymitanum de quibusdam Scripturæ interpretationibus: Inter eundem HIERONYMUM & RUFFINUM Aquilegiensem Presbyterum de scriptis ORIGENIS, quam acriter fuerit litigatum, salva Ecclesiæ unitate, scripta eorum testantur.

Socrat. lib. 6 hist. c. 13. EPIPHANIO cum JOHANNE CHRYSOSTOMO, salva fidei compage, grave intercessit dissidium de libris ORIGENIS, quos EPIPHANIUS damnavit, CHRYSOSTOMUS damnationi subscribere recusavit, & quod multa contra Canones ille ageret, accusavit: eo etiam processit altercatio, ut EPIPHANIUS navem conscendens Constantinopoli rediturus in Cyprum, diceret JOHANNI: *Tu non morieris Episcopus*: JOHANNES contra EPIPHANIO: *Et tu non morieris in patria*: quod utrique evenit. Nam EPIPHANIUS eo navigio proficiscens mortem obiit: JOHANNES paulo post de sede Episcopali dejectus est.

Socrat. li. 5. hist. ca. 50. ORTHODOXI licet à *Novatianis* plurimum dissiderent; tamen ob communem fidem ὁμόνοιαν pium cum illis syncretismum contra Arianos fecerunt: & THEODOSIUS Imperator ea moderatione delectatus, Ecclesiis utriusq; partis parem securitatem concessit.

QUOT & quales PAPISTARUM sint sectæ, familiæ, religiones, concertationes, contradictiones veterum & recentium, non de ritibus solum & ceremoniis (ut extenuare ipsi solent:) sed de ipsis æternæ salutis meritis, de Scripturarum Canone & interpretatione, deque gravissimis fidei suæ articulis, quis est qui nesciat? Negant quidem illi, tegunt, excusant, ut possunt: Sed frustra

quod

quod paulo poſt fuſius oſtendam, ne hic ſim prolixior. Tamen non obſtantibus tot rituum, opinionum, ſententiarum, dogmatum diſcordiis, omnes adverſus Evangelii doctrinam ad miraculum uſque conſpirant.

LUTHERANI vero Theologi, an idem omnes docent, ſentiunt, credunt? Diſſident profecto in plurimis, non ſolum ritibus, ſed & dogmatibus de libero arbitrio, de prædeſtinatione & electionis cauſa, de communicatione idiomatum, Ubiquitate, de Verbis Cœnæ, de cauſa præſentiæ corporis Chriſti in pane, aliiſque, de quibus BELLUM *quinti Evangelii cap. IV.* cui argumentum præfixum eſt: *Quod nulla ſit harmonia inter Lutheranos*: Apologia item D. HOFFMANNI adverſus *Hunnium* videri poteſt. Quid vero etiam liber Bergenſis, quem vocant CONCORDIAM, egit aliud, niſi ut diſcordantes Lutheranorum, Flacianorum, Brentianorumque opiniones populari incruſtatione concordaret, quomodo decretum *Gratiani* diſcordantium Canonum debuit eſſe concordia? Omnes tamen adverſus Calvinianos, quos illi vocant, belle conſpirant, tantum quia in opinione de orali & impiorum manducatione cum Lutheraniſmo non conveniunt. Quam vero indignum fuerit, propter hanc unam paleam inter ſolos Evangelicos pacem nullam coire poſſe?

CAPUT XVI.

Quinta cauſa concordiæ: conſenſus Evangelicorum fuit aliquando initus: diſſidium Euchariſticum compoſitum

PRÆTEREA una amicabili & placida, actione, auspiciis ac zelo laudatissimi Principis PHILIPPI Hassorum Landgravii anno XXIX. superioris seculi inter dissidii hujus primos authores LUTHERUM & ZWINGLIUM in toto genere doctrinæ consensus sanciri potuit: unica illa, quam dixi, palea excepta: & de hac ipsa tamen tolerantiam Christianam & charitatem mutuam inter dissidentes interim fovendam esse tunc placuit, donec de eadem idem omnibus sentire daret Dominus: uti transactionis formula Tomis LUTHERI inserta, quam infra capite XX. adscribam, ne hoc loco sim prolixior, aperte testatur. Ac licet tunc Satanæ folles maligno calumniarum sufflatu incendium è cineribus suscitare non quiescerent: nihilominus Christiana utriusque partis interveniente CONCORDIA Ecclesiarum Saxonicarum & Helveticarum (cujus acta sunt in manibus, formulam vero capite XXI. subijciam) octennio post, anno videlicet XXXVII, postliminio restituta fuit. Quis malus igitur genius, aut quæ tandem furia Evangelicis Ecclesiis hodie adeo tranquillitatem invidet, ut redintegratis partium olim concordantium certaminibus & conflictibus mutuis, nunc citius se ipsas conficere, quam ad pristinæ conciliationis viam gressum reflectere velle videantur?

CAP-

CAPUT XVII.

Sexta causa consensus: Evangelici in Polonia consensum Sendomiriæ inierunt, & hactenus conservant.



QUANTO moderatius rectiusque sapiunt Evangelicæ Majoris & Minoris POLONIÆ, magnique Ducatus LITHWANIÆ, & cæterarum ejus Regni provinciarum, Augustanam, Bohemicam, & Helveticam Confessionem profitentes ECCLESIÆ, quarum exemplum concordiam fraternā si nobis Germanis persuadere non valebit, an non pudor erit? Evangelici, inquam, trium dictarum confessionum in Polonia, anno CIↃ. IↃ. LXX. in Synodo Generali SENDOMIRIÆ congregata, non obstantibus quibusdam opinionum rituumque differentiis, salvis conscientiis sanctum in fide & religione Christiana consensum adversus Samosatenianos & Papistas invicem sancire potuerunt: cujus Consensionis formulam infra capite XXII in lectoris gratiam adscribam. Quidni Evangelicæ Ecclesiæ in Germania vicinisq; regnis & provinciis idem facere possint, & jure debeant?

NON ignoramus, tam sanctam Polonorum fratrum Concordiam valde doluisse ac dolere Diabolo, qui illam more suo calumniis, susurris, cavillis, sannis, imo turbulentorum hominum contradictionibus, quovis pa-

cto perturbare, dissuere hactenus tentavit: non solum per Polonos Jesuitas, potissimum eos, qui *Cracoviæ* & *Vilnæ* imperant: sed & per extraneos alios; vociferantes, non verum, solidum, sed chartaceum, fucatum esse consensum inter eos, qui dogmata tam dissimilia tribus Confessionibus contenta profitentur. Nec diu est, cum Doctores quidam Ubiquitatem profitentes venerandum senem Ecclesiarum Augustanæ Confessionis in Polonia Maiore Antistitem, D. ERASMUM GLIZNERUM (qui primus cum aliis consensum *Sendomiritæ* sanxit, subscripsit, omnibusque deinceps Synodis Generalibus ad Toruniensem usque, anno CIↃ. IↃ LXXXV. mense Augusto celebratam constanter coluit) excommunicationis fulmine terruerunt, nisi à consensu Sendomiriensi recederet. Qui terror non omnino irritus fuit. Nam bonus senex minis perturbaturs παλινῳδίαν meditari, & scripto parare cœpit. Sed vacillanti adfuit Deus ἀπὸ μηχανῆς. Subito enim conscientiæ pavoribus, morboque lethali oppressus, ad constantiam vero cælitus iterum animatus, vicinis trium Confessionum fratribus convocatis rem omnem cum lacrymis aperuit, scriptum in oculis eorum conscidit, consensum initum sancte tuendum omnibus graviter commendavit, quem paulo post ipse placida morte obsignavit.

Historia D. Erasmi Glizneri.

VERUM enimvero longe solidioribus firmata est radicibus inter trium Confessionum fratres CONCORDIA, quam ut à VILNENSIBUS furiis convelli hactenus potuerit. Neque eam despexit aut suspectam habuit, sed Christiana gratulatione comprobauit, ipsisque tantam felicitatem perpetuã esse optavit Serenissimus Princeps, LUDOVICUS Palatinus Elector, felicis recordationis: ad quem Evangelici proceres & Theologi è Co-

mitiis

mitiis Warſovienſibus anno CIↃ IↃ LXXVIII. de ſuo conſenſu, deque Evangelicorum pace in Germania pariter concilianda ſcripſerant, uti ex hiſtoria CONSENSUS typis evulgata infra capite XXIII. Chriſtianus lector intelliget.

CAPUT XVIII.

Septima cauſa: Evangelici Bohemiæ conſenſum jam olim inierunt, & nuper renovarunt.

ACCEDIT Conſenſus Evangelicorum BOHEMIÆ Ordinum, jam olim initus, nuperque ingenti labore ac ſumtu Zeloque reſtauratus. Hi cum partim *Huſſiticam*, partim *Bohemicam* Fratrum, quos vocant, partim *Auguſtanam* Confeſſionem ſequerentur, exemplo Polonorum fratrum invitati anno CIↃ IↃ LXXV. quinto videlicet poſt *Sendomirtenſem* conſenſum, non obſtante rituum & opinionum quarundam differentia, in communem Fidei formulam unanimes convenerunt, quam laudatiſſimus Imperator MAXIMILIANUS tunc ratam habuit, & ſecuritate donavit. Viguit conſenſus, & floruerunt Eccleſiæ Bohemicæ concordes uſque ad annum CIↃ IↃ CVI. quo anno, non tam ad diſſuendam concordiam illam, quam ad omnes ſimul Evangelicos evertendos, edictis publicis hoſtium aſtu extortis in Bohemia tum aliis, tum

præ-

quippe qui peculiarem Confessionem Imperatoriæ Majestati tunc exhibuerunt, sed esse Augustanorum propriam. secus enim res habet. Articulus certe XV. prædictæ Confessionis, de S. Cœna verbis & sensu longe propius ad Confessionem Fratrum, quam ad confessionem Augustanam accedit. Non enim dicit: *Corpus Christi adest cum pane, vel in pane, vel sub specie panis*, sed dicit, *panis vere est corpus Christi pro nobis traditum: calix vere est sanguis Christi pro nobis fusus in remissionem peccatorum.*

ACCEDIT, quod in præfatione ad Imperat. MAXIMILIANUM Ordines uniti *sub utraque* aperte profitentur, *se veram & antiquam illam fidem tenere, quam Christus Filius Dei primitus tradidit, quam apostoli per totum orbem præconiaverunt, quæque singulari Dei gratia ante aliquot secula ad Bohemos perlata, & JOHANNIS HUSSI ministerio repurgata fuit, pro cujus etiam defensione majores sui varia pericula adierunt atque certamina*: quæ de fide & confessione Hussitarum & Fratrum notorie intelliguntur. Hanc vero profitentur, non esse aliam ab ea, quæ deinceps Augustana Confessione comprehensa fuit.

ET NE de consensu Augustanorum cum Fratribus dubium alicui relinqueretur, Ordines nominatim sub finem præfationis suum cum fratribus consensum testati sunt his verbis: *Et quoniam, Clementissime Imperator ac Domine, à compluribus accusamur, quasi nobis cum aliis, præcipue vero cum dilectis nostris Dominis & amicis, qui se à Fratrum unitate denominant, fide conveniat, ideo Cæsaream vestram Majestatem celare nolumus, nos (quandoquidem Confessio ipsorum, quam Cæsareæ vestræ Majestati obtulerunt, quamque sibi à Cæsarea vestra Majestate sartam tectam conservari supplicarunt,* IN OMNIBUS FUNDAMEN-

TALI-


TALIBUS ARTICULIS *huic nostræ, quam tradimus Christianæ Confessioni est consentanea) nequaquam ipsos molestare velle: Quin potius Cæsaream Vestram Majestatem conjunctim & consentientibus animis rogamus subiectissime, ut omnibus nobis parilem securitatem præstare & clementissime concedere dignetur, ut in hac nostra Christiana Religione libere & absque impedimento cultum Domino Deo nostro præstare queamus.*

NEQUE verbis solum consensionem professi jam olim sunt, sed nuper admodum re ipsa testatam fecerunt communibus Comitiis, consiliis, legationibus, supplicationibus, responsionibus, votis, gratiis, immunitatibus, ab Imperatoria Majestate impetratis in publico Ministerii & Consistorii Ecclesiastici usu & exercitio. Macti igitur vos Proceres, vos Ordines, vos Theologi, qui sanctum Evangelium communiter in Germania profitemini, quid cessatis? aut quid litigatis amplius? Insistite vestigia laudatissimorum Bohemiæ Procerum, Ordinum, Theologorum: & facessent in Germania rixæ, cessabunt scandala, redibit pax, vigebit concordia, curret Evangelium, florebunt Ecclesiæ, ruet Papatus, regnabit Christus, conficietur Antichristus.

CAPUT XIX.

Octava causa unionis: Principum & ordinum Evangelicorum in Imperio civilis unio.

ET



T quid tandem cunctamini, ô viri Theologi, si servi Dei estis, Dei inquam, qui pacem diligit, qui concordiam omnibus præcipit, qui vos vigiles super Israelem constituit, ut mala ingruentia de specula vestra prævideatis, prænuncietis, ut caveri possint? Jtáne vos dormitabitis aut connivebitis, ut non videatis exitium commune, quod pro foribus est? Vos minus videbitis, quam vestri politici, quam laudatissimæ civitates, inclyti Barones, Illustres Comites, Illustrissimi & Serenissimi Principes Evangelici, quibus nuper Deus dedit in corda eorum, ut non obstante aliquantula quorundam in quibusdam religionis capitibus differentia, sanctæ pacis atque UNIONIS consilia inirent, non ad cujusquam offensionem, sed ad malorum, ex intestinis dissidiis ingruentium, aversionem, & vestræ ac nostræ incolumitatis, publicæque tranquillitatis conservationem, ne videlicet in illa, quæ hactenus inter plerosque ob sacras & profanas lites fuerat, animorum distractione, Ecclesia & Respublica detrimenti aliquid caperet. QUID restat, nisi ut vos etiam oretis pro pace Ierusalem: nec solum pro pace oretis, sed & ea, quæ ad pacem facient, modis omnibus agatis, quæratis, promoveatis: ea vero, quæ sacrosanctam illam *unionis civilis* conjunctionem interpolare vel perturbare in publicam perniciem possint, sinatis, caveatis, vitetis. Hujus vero generis sunt virulentæ illæ scriptiones, tribunitiæ conciones, nefandæ insectationes, quibus hactenus vulnus Ecclesiæ & reipublicæ dilaceratum est, & peccatum nimis.

HIS *modum finemque tandem imponere, nec haberas diutius laxare se velle, Uniti Ordines sacrosanctè invicem recepe-*

runt: Theologis interim vobis & nobis relicta libertate thesin & antithesin doctrinæ modeste tractandi, hoc est, verbo Dei confirmandi & refutandi, qua moderatione durante vulnera Ecclesiæ Evangelicæ haud dubie paulatim coalescent: & arma nostra, non carnalia sed spiritualia, ad subversionem regni Antichristiani, conjunctis viribus divinitus valida erunt.

EXPOSITÆ sunt hactenus rationes graves & evidentes, ex quibus perspicuum esse possit omnibus, donec Synodus legitima Evangelicorum concilietur, qua dissidiorum fomites penitus exstingui valeant, ad malorum publicorum & privatorum aversionem, salutarius consilium non restare, nisi eam, quam dixi moderationem & mutuam tolerantiam. Habemus divina gratia, consensum in fundamento fidei & salutis: dissentimus in uno saltem dogmate, eoque scholastico & humano magis, quam Theologico & divino, de corporis Domini Servatoris nostri Jesu Christi orali manducatione ad salutem non necessaria: Dissensionis hujus graves hactenus pœnas luit Ecclesia Evangelica, & luitura est graviores, si distracta manserit: Dissensiones Patrum olim conciliari potuerunt: Papistæ suas sectas & concertationes longe graviores in gratiam sui Pontificis tegunt, & quoquo modo conciliant: Lutherani ipsi in multis invicem salva charitate sua dissident: Potuit dissidium *Lutheri* & *Zvvinglii* ad unam usque paleam olim componi: composuerunt Poloni: composuerunt Bohemi: composuerunt Germani Ordines Evangelici. Quid restat, nisi ut Theologi sese ipsos componant?

QUOD si aliqui istorum moderationem nullam ferent: sed persecutionem adversus dissentientes com

movere pergent, periculorum quæ quotidie cernere possunt, immemores: Veritas quidem affligi & premi poterit: tolli vero & opprimi non poterit: quin palmæ instar sese sub pondere magis extollet, latiusque vigore suo efflorescet. Sic autem non modo laborem & inquietudinem inanem sibi creabunt persecutores: sed etiam gladio ignem fodient, magisq; accēdent certamina, turbas & distractiones. Beati interim *pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur: Va autem servo percutienti conservos suos: quoniam Dominus servi illius veniet, qua hora non exspectat: & separabit eum, partemque eius ponet cum infidis.* Matt. 5. 9 Luc. 12. 45.

CAPUT XX.

Formula consensus Evangelicorum, Marpurgi anno 1529. inter Lutherum & Zvvinglium initi.



CÆTERUM ne cui, quod cap. XVI. in quinta ratione dixi, de consensu inter LUTHERUM & ZWINGLIUM inito, videatur dubium vel obscurum, capita illius consensus ex Actis à *Philippo Melanchthone*, qui conventui Marpurgensi interfuit, descriptis, huc referenda duxi. Sic igitur ea habent Tomo quarto, *Lutheri* German. editionis Jenensis.

Capita consensus Theologorum infra scriptorum initi Marpurgi 3. Octobris Anno CIƆIƆ XXIX.

I. PRIMO omnes utrinque concorditer credimus & docemus, Deum verum & naturalem, creaturarum omnium conditorem esse unicum: & hunc unum esse essentia, trinum personis, Patrem, Filium & Spiritum sanctum, juxta Niceni Concilii decretum, ejusdemque symbolum, quod in universa Ecclesia Christiana decantatur & legitur.

II. SECUNDO credimus, non Patrem, nec Spiritum sanctum, sed filium Dei Patris naturalem, esse hominem factum, operatione Spiritus sancti, absque semine virili conceptum & natum, ex intemerata Virgine Maria, idq; corporaliter, perfectum corpore & anima, ad instar veri hominis, absque ullo peccato.

III. TERTIO hunc ipsum Filium Dei & Mariæ indivisum persona Jesum Christum, pro nobis esse crucifixum, mortuum & sepultum, resurrexisse à mortuis, adscendisse in Cœlum, sedere ad dextram Dei, dominari omnibus creaturis, rediturumque esse ad judicandum vivos & mortuos.

IV. QUARTO Credimus, peccatum Originale hæreditario à nobis per nativitatem trahi ex Adamo, esseque peccatum damnans omnes homines, adeo ut nisi Jesus Christus morte & vita sua nobis succurrisset, propter id omnibus nobis æterna morte pereundum fuerit: neque ad regnum Dei & salutem æternam accessus patuerit.

QUINTO Credimus, nos ab hoc peccato aliisq; omni- V.
bus peccatis & ab æterna morte liberari, si credamus in Fi-
lium Dei Jesum Christum pro nobis mortuum: absq; hac
fide nullo operum genere, conditione vel religione, &c.
ab ullo peccato absolvi posse.

SEXTO huiusmodi fidem esse donum Dei, quod VI.
nullis præcedentibus operibus vel meritis à nobis ac-
quiri, aut viribus nostris parari possit: sed Spiritum
sanctum eam largiri & creare, prout vult in cordibus
nostris, quando Euangelium seu verbum Christi audi-
mus.

SEPTIMO Hanc fidem esse justitiam nostram co- VII.
ram Deo: quippe cujus gratia Deus nos pro justis &
sanctis reputet, absque ullis operibus aut meritis: & per
eam à peccato, morte, inferno nos liberet, in gratiam reci-
piat, & salvos faciat propter Filium suum, in quem hoc
modo credentes, per fidem justitiæ, vitæ, omniumque bo-
norum Filij ejus participes reddamur: Omnia perinde vo-
ta & opera monastica, quæ salutis causa suscipiuntur, esse
damnata.

De verbo externo.

OCTAVO Spiritum sanctum ordinarie loquendo, VIII.
nemini hanc fidem hocque suum donum conferre, abs-
que prævia concione seu prædicatione Verbi sive Evange-
lii Christi, sed eam per Verbum hoc prædicatum & cum
eo operari, & excitare, quo modo & in quibus vult Ro-
man. 10.

De Baptismo.

NONO Baptismum esse Sacramentum, ad hanc fi- IX.
dem à Deo institutum; Et quia habet præceptum Dei;

" *te baptizate*: & promissionem: *Qui crediderit*, &c. ideo ne-
" quaquam esse nudum tantummodo signum vel tesseram
" Christianorum, sed signum & opus Dei, requirens fidem
" nostram, per quam nos regeneramur.

X. DECIMO Hanc fidem operatione Spiritus sancti, post-
" quam per eam justi & sancti reputati sumus, edere in nobis
" bona opera, videlicet, dilectionem erga proximum, pre-
" ces ad Deum, tolerantiam crucis, &c.

De Confeßione.

XI. UNDECIMO Confessionem seu petitionem consi-
" silii à suo pastore vel proximo, liberam quidem, neque
" extortam esse debere: admodum tamen utilem esse af-
" flictis conscientiis, quæ tentationibus & peccatorum
" mole aut errorum laqueis gravantur, maxime propter
" absolutionem & consolationem Evangelii, quod vera est
absolutio.

De Magistratu.

XII. DUODECIMO Omnes Magistratus, leges, ordi-
" nes atque judicia Politica, ubicunque sunt, statum esse
" per se bonum, neque prohibitum, ut quidam Papistæ
" & Anabaptistæ docent ac sentiunt: sed quemvis Chri-
" stianum ad hoc vocatum vel natum, per fidem Christi æ-
" que servari posse atque patrem & matrem, herum vel he-
ram, &c.

XIII. DECIMOTERTIO Traditiones, seu ordinationes
" humanas in spiritualibus seu Ecclesiasticis negociis, nisi
" manifesto Dei verbo repugnent, libere servari vel o-
" mitti posse, prout homines fuerint, cum quibus versa
mur, ad scandala non necessaria omni modo vitanda,

& pacis causa, doctrinam quoq; sacerdotes nubere vetantem, doctrinam Diabolorum esse.

De Sacramento corporis & sanguinis Christi.

DECIMO QUARTO Credimus & tenemus omnes de XIV.
S. Cœna Domini nostri Jesu Christi, utraq; specie juxta institutionem utendum esse: & Missam non esse opus, quo quis aliis vivis vel mortuis gratiam impetret: Sacramentum quoq; altaris esse sacramentum veri corporis & sanguinis Jesu Christi: Et spiritualem participationem corporis & sanguinis omnibus Christianis esse cūprimis NECESSARIAM. Præterea usum Sacramenti, sicut & Verbi, à Deo omnipotente institutum atq; ordinatum hunc esse, ut infirmæ conscientiæ ad fidem & dilectionem commoveantur per Spiritum sanctum.

QUANQUAM vero nos, *an verum corpus & sanguis Christi in pane & vino sit corporaliter*: hac vice concordare non potuimus: tamen quælibet pars alteri CHRISTIANAM DILECTIONEM (quantum quidem per cujusque conscientiam fieri potest) præstabit: & pars utraque Deum omnipotentem assidue orabit, ut nos per Spiritum sanctum, in vero sensu confirmet, Amen.

Martinus Lutherus
Philippus Melanchthon
Iustus Ionas
Andreas Osiander
Iohannes Brentius.
Stephanus Agricola.

Iohannes Oecolampadius
Vlricus Zvvinglius.
Martinus Bucerus.
Casparus Hedio.

EX HAC consensus formula perspicuum est, quod

supra dixi convenisse tunc Evangelicos in omnibus: In uno saltem scrupulo concordare non potuisse *An corpus Christi sit in pane corporaliter*: qui exinde numine irato Ecclesias divexavit.

CAPUT XXI.

Formula concordiæ VVittebergensis an. 1537. inter D. Martinum Lutherum, & Evangelicas Helvetiæ civitates initæ.

QUONIAM vero etiam concordiæ Wittebergensis Helveticarum Ecclesiarum cum D. LUTHERO anno 1537 initæ supra cap. XVI. facta est mentio, ut qualis ea fuerit, omnes hoc tempore recordentur vel intelligant, & prudentes, nunquid instaurari hodie possit ac debeat, dispiciant: FORMULAM ejus ex Actis publice jam pridem editis huc adscribere visum est, quæ sic habet:

Literæ Evangelicarum civitatum Helvetiæ: continentes Declarationem suæ confeßionis & doctrinæ de ministerio verbi Dei, & de Sacramentis: Ad D. MARTINUM LUTHERUM, *tunc in conventu Smalcaldiæ agentem.*

Super VVittebergensi concordia.

Anno 1537.



REVERENDE, Doctissime, Dilecte Domine & amice. Ante omnia pro virili officia nostra promtissima & gratissima deferimus: Dilecte Domine & amice. Cum nuper Doctores quarundam Helveticarum Ecclesiarum Jsenacum, indeque Wittebergam ad Reverendam Dignitatem vestram aliosque S. Evangelii præcones sese contulissent, ut super S. Cœna Domini, totaque doctrina Christiana & ministerio Ecclesiæ, amice vobiscum sermones conferrent, & CONCORDIAM Ecclesiæ vobiscum ratam facerent: Idipsum dilecti nostri fratres atque amici Argentinenses de conventu instituto ad nos perscripserunt. Et quanquam omnino voluimus etiam quosdam ex nostris ad conventum ablegare, multis tamen de causis, maxime ob temporis angustiam id fuit impossibile. Eam ob causam Concionatores Argentinenses, dilectissimos Dominos ac fratres nostros rogavimus, ut absentiam nostram vobis excusarent, & Confessionem nostram, quam paulo ante de omnibus Religionis nostræ capitibus, in præsentia D. Capitonis & Buceri hic Basileæ conscripsimus, vobis exponerent atque offerrent. Sic postea dicti Concionatores Argentinenses in diæta, quam ob solam hanc causam Basileæ ad 24. Septembris indiximus, apud nos comparuerunt, quæ Wittebergæ acta essent, nobis retulerunt, maxime, quod R. D. vestra confessionem nostram in se non improbaverit, sed bene acceperit: saltem Christianæ concordiæ, quam in Articulo de S. Cœna omnes desiderent, promovendæ causa, uberiorem declarationem postulaverit: ideoque petiverit, ut prædicti D. Capito & Bucerus Articulos in Wittebergensi conventu super ea conceptos & subscriptos, no-

Helvetica Confessio Basileæ scripta præsentib. Capitone & Bucero.

Lutherus Confessionē Basiliensem de S. Cœna non improbavit.

bis quoque proponerent, quippe quos, quantum ex Confeſſione noſtra vobis videretur, minime eſſemus improbaturi. Quare prædicti D. Capito & Bucerus articulos veſtros primum ſcriptos ad nos miſerunt: poſtea etiam coram in diæta oretenus propoſuerunt. Quoniam vero illi, propter brevitatem, non eodem ab omnibus ſenſu accipi poſſent: eoſdem inſuper nobis verbotenus ſcripto declararunt.

Declaratio articulorum concordiæ ſunt Luthero tranſmiſſa & probata.

Et cum præcipue cognoviſſemus, per articulos veſtros Confeſſioni & doctrinæ noſtræ Baſilienſi nihil derogari: præterea humanitatem Domini noſtri JESU CHRISTI, & corporalem ejus aſſcenſionem in cœlum, qui corporaliter non eſt in hoc mundo, ſed manet in cœleſti gloria, minime negari: & Dominum noſtrum JESUM CHRISTUM, quando in Eccleſia S. Cœna juxta inſtitutionem Domini peragitur: per ſe tantum fideli mente vere apprehendi & percipi: Aliter videre non potuimus, quam idem etiam noſtros hactenus docuiſſe, & porro docturos eſſe. Itaque articulos etiam veſtros (ſiquidem ſic ſe habet Dignitatis veſtræ ſententia, prout non dubitamus) juxta prædictam declarationem aliter accipere non poſſumus, quam eoſdem fidei & Confeſſioni noſtræ eſſe conſentaneos, & non contrarios: ſicque nos in Articulorum ſenſu quantum ad ſummam, prorſus convenire. Quod quidem, promovendæ concordiæ cauſa, nobis pergratum eſt.

Suſpicio omnis Luthero ademta.

Quandoquidem vero ex ratione prædicta cognovimus, multis gravem adhuc ſuſpicionem inſidere, quaſi de miniſterio Verbi & Sacramentorum non recte apud nos doceatur: neceſſarium duximus, ſententiam noſtram perſpicue explicatam, Dignitati Veſtræ tranſmittere, cum ſeria petitione, ut eam à nobis benevole ac-

cipere

cipere, atque perlegere, noſtramque innocentiam a- "
pud alios, qui forte res noſtras parum recte percepe- "
runt, ſicubi opus erit, demonſtrare ne gravetur: pro quo "
ſtudia viciſſim noſtra pollicemur. Eſtque hæc ſententiæ "
noſtræ ſumma. "

CREDIMUS, aſſerimus, & confitemur, genus hu- "
manum, ſola Dei miſericordia, per Chriſtum, fide ju- "
ſtificari: & Deum hanc ſalutem quam Chriſtus abſque "
ullis noſtris operibus & meritis nobis promeruit atq; do- "
navit, per externam prædicationem Evangelii, perque "
ſacra ſymbola ſive Sacramenta nobis annunciare atq; ob "
oculos ponere. "

AT QUI vocamur in ſuſpicionem, quaſi externo ver- "
bi & Sacramentorum miniſterio non tribuamus, ſed "
derogemus id, quod Dominus ei tribuit: qua ratione "
ſane totum Eccleſiæ miniſterium everteremus & anni- "
hilaremus: cum è contrario id ſedulo agamus & labo- "
remus, ne vel nimium vel parum hic fiat. Didicimus "
enim ex divinis literis, & ex S. Auguſtino, *miſerabilem a- "
nimæ ſervitutem eſſe, ſigna pro rebus accipere:* Viciſſim Lib. 3.
quoque errorem eſſe, exiſtimare, Deum ſacramenta de doct.
ſua fruſtra inſtituiſſe, eaque Eccleſiæ inutilia eſſe. Di Chriſt. c. 5
dicimus inſuper hoc quoque, externas res & Symbola, "
propter dona interna, minime quaſi non neceſſaria vel "
inutilia contemni debere. Scimus enim, centurionem "
Cornelium, licet à Deo intus eſſet inſtitutus atque il "
luminatus, nihilominus à Petro Apoſtolo inſtitui & "
baptizari neceſſe habuiſſe. Ne itaque vel in dextram "
vel in ſiniſtram declinemus, ſed regia via hic incedamus, "
hoc eſt, ne externo verbo & ſignis id derogemus, "
quod Scriptura eis tribuit: neve contra id, quod ſolius "
eſt creatoris, creaturis tribuamus, vel homines creaturis "

plus nimium alligemus, sed ut divina ordinatio debito cō-
sistat loco, nosq; per res divinitus ordinatas ad creatorem
homines ducendo, soli Deo omnem gloriam tribuamus:
hactenus quidem de re ista hunc in modum docuimus at-
que docemus.

De ministerio verbi Dei.

Quanquam Dominus clare dicat: *Nemo potest venire ad me, nisi Pater traxerit eum:* voluit tamen Evangelium regni omnibus gentibus annunciari ac prædicari, & ministerium Ecclesiæ summa fide ac diligentia exerceri: & episcopos atque pastores docendo, hortando, instando opportune, importune, officium facere, ut plurimos ex mundo
Marc. 16. 16. CHRISTO lucrifaciant. Unde & asscensurus corpore suo in Cœlum dixit discipulis: *Ite prædicate Evangelium omni creaturæ:* In quam sententiam & Paulus: *Qui*, inquit,
Eph. 4. v. 10. 11. 12. 13. *descendit, ipse est, qui etiam asscendit longe supra omnes cælos, ut impleret omnia: Et ipse dedit alios quidem apostolos, alios vero Prophetas, alios autem Evangelistas, alios autem Pastores & Doctores, ad coagmentationem sanctorum, ad opus ministerii, ad ædificationem* in quam *corporis Christi: donec evadamus omnes in unitatem fidei, & agnitionem filii Dei, in virum perfectum, ad mensuram staturæ adulti Christi.* Horum ministrorum opera Deus utitur ad Ecclesiam suam ædificandam, construendam, sicut pane utitur ad hominem alendum: agricola & seminatore ad seminandum semen, medicis ad medicandum corpori. Nisi enim Deus intus vigorem addat, ut cibus in corporis vertatur alimentum, semen vivificetur, medicina fiat efficax, frustra est omnis externus labor. Ita etiam, nisi Deus in auditorum cordibus verbo vigorem adspiret, doctrina externa, sicut rigatio, plantatio

(saltem

(ſatem in infidelibus) fructu caret, & inanis eſt. Verbum enim Dei, quod per fidem corde tanquam bona terra ſuſcipitur, & Spiritus ſancti tanquam interni coloni gratia vegetatur, ingentem fructum edit. Interim ſic Deo placuit humana miniſteria adhibere ac temperare, ut quamvis ſolus ipſe ſua potentia & operatione omnia in omnibus creet, operetur atque perficiat: nihilominus miniſtros ſuos cooperatores adhibere dignetur. Eſt enim perſpicuum & clarum, quod dicit Apoſtolus: *Sumus Dei cooperatores: vos Dei arvum, Dei ædificatio eſtis:* ut nimirum diſcamus, omnem virtutem, efficaciam, & perfectionem operis ſoli Deo adſcribere: miniſtris vero ſolum miniſterium. Unde vere ac recte cum Paulo dicimus: *Quis igitur eſt Paulus? Quis autem Apollos? niſi miniſtri, per quos credidiſtis, & ut cuique Dominus dedit. Ego plantavi, Apollos rigavit, ſed Deus dedit incrementum. Itaque neque is qui plantat, eſt aliquid: neque qui rigat: ſed Deus, qui dat incrementum.* Hoc ſenſu libenter audimus & uſurpamus phraſin ſcripturæ, quando videlicet Paulus dicit: *Ego per Evangelium vos genui.* Item, *Vos eſtis epiſtola noſtra, epiſtola Chriſti, ſubminiſtrata à nobis, ſcripta non atramento, ſed Spiritu Dei vivi*: Item: *Quorum remiſeritis peccata, remiſſa erunt*: Item: *Mitto te ad gentes, ut aperias oculos eorum:* Et de Baptiſta dicit Scriptura: *Ipſe convertet corda patrum in filios, & rebelles ad prudentiam juſtorum, ut paret Domino populum inſtructum.* Hæc enim omnia cum fiunt, hoc eſt, cum homines regenerantur, cum fides ingeneratur, oculi aperiuntur, corda convertuntur, operatur id, ut Paulus ait, idem ille Spiritus Dei, qui gratia ſua corda irradiat, & trahit ordinarie per organum externi miniſterii, licet poſſit immediate trahere quo, quoſcunque & quando velit. Itaque nemo

Hæc omnia approbat Lutherus: hodie quidam ut Schwenckfeldiana damnant.

1 Cor. 3. 9.

1. Cor. 3. 5

1. Cor. 4. 15. 2. Cor. 3. 2

Ioh. 20. 23

Act. 26. 18.

Luc. 1. 17

Capita consensus Theologorum infra scriptorum initi Marpurgi 3. Octobris Anno CIↃIↃ XXIX.

I. PRIMO omnes utrinque concorditer credimus & docemus, Deum verum & naturalem, creaturarum omnium conditorem esse unicum: & hunc unum esse essentia, trinum personis, Patrem, Filium & Spiritum sanctum, juxta Niceni Concilii decretum, ejusdemque symbolum, quod in universa Ecclesia Christiana decantatur & legitur.

II. SECUNDO credimus, non Patrem, nec Spiritum sanctum, sed filium Dei Patris naturalem, esse hominem factum, operatione Spiritus sancti, absque semine virili conceptum & natum, ex intemerata Virgine Maria, idq; corporaliter, perfectum corpore & anima, ad instar veri hominis, absque ullo peccato.

III. TERTIO hunc ipsum Filium Dei & Mariæ indivisum persona Jesum Christum, pro nobis esse crucifixum, mortuum & sepultum, resurrexisse à mortuis, adscendisse in Cœlum, sedere ad dextram Dei, dominari omnibus creaturis, rediturumque esse ad judicandum vivos & mortuos.

IV. QUARTO Credimus, peccatum Originale hæreditario à nobis per nativitatem trahi ex Adamo, esseque peccatum damnans omnes homines, adeo ut nisi Jesus Christus morte & vita sua nobis succurrisset, propter id omnibus nobis æterna morte pereundum fuerit: neque ad regnum Dei & salutem æternam accessus patuerit.

Quinto Credimus, nos ab hoc peccato aliiſq; omnibus peccatis & ab æterna morte liberari, ſi credamus in Filium Dei Jeſum Chriſtum pro nobis mortuum: abſq; hac fide nullo operum genere, conditione vel religione, &c. ab ullo peccato abſolvi poſſe. V.

Sexto huiuſmodi fidem eſſe donum Dei, quod nullis præcedentibus operibus vel meritis à nobis acquiri, aut viribus noſtris parari poſſit: ſed Spiritum ſanctum eam largiri & creare, prout vult in cordibus noſtris, quando Euangelium ſeu verbum Chriſti audimus. VI.

Septimo Hanc fidem eſſe juſtitiam noſtram coram Deo: quippe cujus gratia Deus nos pro juſtis & ſanctis reputet, abſque ullis operibus aut meritis: & per eam à peccato, morte, inferno nos liberet, in gratiam recipiat, & ſalvos faciat propter Filium ſuum, in quem hoc modo credentes, per fidem juſtitiæ, vitæ, omniumque bonorum Filij ejus participes reddamur: Omnia perinde vota & opera monaſtica, quæ ſalutis cauſa ſuſcipiuntur, eſſe damnata. VII.

De verbo externo.

Octavo Spiritum ſanctum ordinarie loquendo, nemini hanc fidem hocque ſuum donum conferre, abſque prævia concione ſeu prædicatione Verbi ſive Evangelii Chriſti, ſed eam per Verbum hoc prædicatum & cum eo operari, & excitare, quo modo & in quibus vult Roman. 10. VIII.

De Baptiſmo.

Nono Baptiſmum eſſe Sacramentum, ad hanc fidem à Deo inſtitutum; Et quia habet præceptum Dei: IX.

& pacis cauſa, doctrinam quoq; ſacerdotes nubere vetantem, doctrinam Diabolorum eſſe.

De Sacramento corporis & ſanguinis Chriſti.

DECIMO QUARTO Credimus & tenemus omnes de S. Cœna Domini noſtri Jeſu Chriſti, utraq; ſpecie juxta in- XIV.
ſtitutionem utendum eſſe: & Miſſam non eſſe opus, quo quis aliis vivis vel mortuis gratiam impetret: Sacramentum quoq; altaris eſſe ſacramentum veri corporis & ſanguinis Jeſu Chriſti: Et ſpiritualem participationem corporis & ſanguinis omnibus Chriſtianis eſſe cũprimis NECESSARIAM. Præterea uſum Sacramenti, ſicut & Verbi, à Deo omnipotente inſtitutum atq; ordinatum hunc eſſe, ut infirmæ conſcientiæ ad fidem & dilectionem commoveantur per Spiritum ſanctum.

QUANQUAM vero nos, *an verum corpus & ſanguis Chriſti in pane & vino ſit corporaliter*; hac vice concordare non potuimus: tamen quælibet pars alteri CHRISTIANAM DILECTIONEM (quantum quidem per cujuſque conſcientiam fieri poteſt) præſtabit: & pars utraque Deum omnipotentem aſſidue orabit, ut nos per Spiritum ſanctum, in vero ſenſu confirmet, Amen.

Martinus Lutherus — *Iohannes Oecolampadius*
Philippus Melanchthon — *Vlricus Zvvinglius.*
Iuſtus Ionas — *Martinus Bucerus.*
Andreas Oſiander — *Caſparus Hedio.*
Iohannes Brentius.
Stephanus Agricola.

EX HAC conſenſus formula perſpicuum eſt, quod

supra dixi convenisse tunc Evangelicos in omnibus: In uno saltem scrupulo concordare non potuisse *An corpus Christi sit in pane corporaliter*: qui exinde numine irato Ecclesias divexavit.

CAPUT XXI.

Formula concordiæ VVittebergensis an. 1537. inter D. Martinum Lutherum, & Evangelicas Helvetiæ civitates initæ.

QUONIAM vero etiam concordiæ Wittebergensis Helveticarum Ecclesiarum cum D. LUTHERO anno 1537 initæ supra cap. XVI. facta est mentio, ut qualis ea fuerit, omnes hoc tempore recordentur vel intelligant, & prudentes, nunquid instaurari hodie possit ac debeat, dispiciant: FORMULAM ejus ex Actis publice jam pridem editis huc adscribere visum est, quæ sic habet:

Literæ Evangelicarum civitatum Helvetiæ: continentes Declarationem suæ confeßionis & doctrinæ de ministerio verbi Dei, & de Sacramentis: Ad D. MARTINUM LUTHERUM, *tunc in conventu Smalcaldiæ agentem. Super VVittebergensi concordia. Anno 1537.*

REVERENDE, Doctissime, Dilecte Domine & amice. Ante omnia pro viribus officia nostra promtissima & gratissima deferimus: Dilecte Domine & amice. Cum nuper Doctores quarundam Helveticarum Ecclesiarum Isenacum, indeque Wittebergam ad Reverendam Dignitatem vestram aliosque S. Evangelii præcones sese contulissent, ut super S. Cœna Domini, totaque doctrina Christiana & ministerio Ecclesiæ, amice vobiscum sermones conferrent, & CONCORDIAM Ecclesiæ vobiscum ratam facerent: Idipsum dilecti nostri fratres atque amici Argentinenses de conventu instituto ad nos perscripserunt. Et quanquam omnino voluimus etiam quosdam ex nostris ad conventum ablegare, multis tamen de causis, maxime ob temporis angustiam id fuit impossibile. Eam ob causam Concionatores Argentinenses, dilectissimos Dominos ac fratres nostros rogavimus, ut absentiam nostram vobis excusarent, & Confessionem nostram, quam paulo ante de omnibus Religionis nostræ capitibus, in præsentia D. Capitonis & Buceri hic Basileæ conscripsimus, vobis exponerent atque offerrent. Sic postea dicti Concionatores Argentinenses in diæta, quam ob solam hanc causam Basileæ ad 24. Septembris indiximus, apud nos comparuerunt, quæ Wittebergæ acta essent, nobis retulerunt, maxime, quod R. D. vestra confessionem nostram in se non improbaverit, sed bene acceperit: saltem Christianæ concordiæ, quam in Articulo de S. Cœna omnes desiderent, promovendæ causa, uberiorem declarationem postulaverit: ideoque pervenerit, ut prædicti D. Capito & Bucerus Articulos in Wittebergensi conventu super ea conceptos & subscriptos, no-

Helvetica Confessio Basileæ scripta præsentib. Capitone & Bucero.

Lutherus Confessionē Basiliensem de S. Cœna non improbavit.

bis quoque proponerent, quippe quos, quantum ex Confessione nostra vobis videretur, minime essemus improbaturi. Quare prædicti D. Capito & Bucerus articulos vestros primum scriptos ad nos miserunt: postea etiam coram in diæta oretenus proposuerunt. Quoniam vero illi, propter brevitatem, non eodem ab omnibus sensu accipi possent: eosdem insuper nobis verbotenus scripto declararunt.

Declaratio articulorum concordiæ fuit Luthero transmissa & probata.

Et cum præcipue cognovissemus, per articulos vestros Confessioni & doctrinæ nostræ Basiliensi nihil derogari: præterea humanitatem Domini nostri JESU CHRISTI, & corporalem ejus ascensionem in cœlum, qui corporaliter non est in hoc mundo, sed manet in cœlesti gloria, minime negari: & Dominum nostrum JESUM CHRISTUM, quando in Ecclesia S. Cœna juxta institutionem Domini peragitur: per se tantum fideli mente vere apprehendi & percipi: Aliter videre non potuimus, quam idem etiam nostros hactenus docuisse, & porro docturos esse. Itaque articulos etiam vestros (siquidem sic se habet Dignitatis vestræ sententia, prout non dubitamus) juxta prædictam declarationem aliter accipere non possumus, quam eosdem fidei & Confessioni nostræ esse consentaneos, & non contrarios: sicque nos in Articulorum sensu quantum ad summam, prorsus convenire. Quod quidem, promovendæ concordiæ causa, nobis pergratum est.

Suspicio omnis Luthero adempta.

Quandoquidem vero ex ratione prædicta cognovimus, multis gravem adhuc suspicionem insidere, quasi de ministerio Verbi & Sacramentorum non recte apud nos doceatur: necessarium duximus, sententiam nostram perspicue explicatam, Dignitati Vestræ transmittere, cum seria petitione, ut eam à nobis benevole ac-

cipere, atque perlegere, noſtramque innocentiam a- «
pud alios, qui forte res noſtras parum recte percepe- «
runt, ſicubi opus erit, demonſtrare ne gravetur: pro quo «
ſtudia viciſſim noſtra pollicemur. Eſtque hæc ſententiæ «
noſtræ ſumma. «

Credimus, aſſerimus, & confitemur, genus hu- «
manum, ſola Dei miſericordia, per Chriſtum, fide ju- «
ſtificari: & Deum hanc ſalutem quam Chriſtus abſque «
ullis noſtris operibus & meritis nobis promeruit atq; do- «
navit, per externam prædicationem Evangelii, perque «
ſacra ſymbola ſive Sacramenta nobis annunciare atq; ob «
oculos ponere. «

At qui vocamur in ſuſpicionem, quaſi externo ver- «
bi & Sacramentorum miniſterio non tribuamus, ſed «
derogemus id, quod Dominus ei tribuit: qua ratione «
ſane totum Eccleſiæ miniſterium everteremus & anni- «
hilaremus: cum è contrario id ſedulo agamus & labo- «
remus, ne vel nimium vel parum hic fiat. Didicimus «
enim ex divinis literis, & ex S. Auguſtino, *miſerabilem a-* «
nimæ ſervitutem eſſe, ſigna pro rebus accipere: Viciſſim Lib. 3.
quoque errorem eſſe, exiſtimare, Deum ſacramenta de doct.
ſua fruſtra inſtituiſſe, eaque Eccleſiæ inutilia eſſe. Di Christ. c. 5
dicimus inſuper hoc quoque, externas res & Symbola, «
propter dona interna, minime quaſi non neceſſaria vel «
inutilia contemni debere. Scimus enim, centurionem «
Cornelium, licet à Deo intus eſſet inſtitutus atque il «
luminatus, nihilominus à Petro Apoſtolo inſtitui & «
baptizari neceſſe habuiſſe. Ne itaque vel in dextram «
vel in ſiniſtram declinemus, ſed regia via hic incedamus, «
hoc eſt, ne externo verbo & ſignis id derogemus, «
quod Scriptura eis tribuit: neve contra id, quod ſolius «
eſt creatoris, creaturis tribuamus, vel homines creaturis «

plus nimium alligemus, sed ut divina ordinatio debito cō-
sistat loco, nosq; per res divinitus ordinatas ad creatorem homines ducendo, soli Deo omnem gloriam tribuamus: hactenus quidem de re ista hunc in modum docuimus atque docemus.

De ministerio verbi Dei.

Quanquam Dominus clare dicat: *Nemo potest venire ad me, nisi Pater traxerit eum:* voluit tamen Evangelium regni omnibus gentibus annunciari ac prædicari, & ministerium Ecclesiæ summa fide ac diligentia exerceri: & episcopos atque pastores docendo, hortando, instando opportune, importune, officium facere, ut plurimos ex mundo CHRISTO lucrifaciant. Unde & assensurus corpore suo in Cœlum dixit discipulis: *Ite prædicate Evangelium omni creaturæ:* In quam sententiam & Paulus: *Qui*, inquit, *descendit, ipse est, qui etiam assendit longe supra omnes cælos, ut impleret omnia: Et ipse dedit alios quidem apostolos, alios vero Prophetas, alios autem Evangelistas, alios autem Pastores & Doctores, ad coagmentationem sanctorum, ad opus ministerii, ad ædificationem inquam corporis Christi: donec evadamus omnes in unitatem fidei, & agnitionem filii Dei, in virum perfectum, ad mensuram staturæ adulti Christi.* Horum ministrorum opera Deus utitur ad Ecclesiam suam ædificandam, construendam, sicut pane utitur ad hominem alendum: agricola & seminatore ad seminandum semen, medicis ad medicandum corpori. Nisi enim Deus intus vigorem addat, ut cibus in corporis vertatur alimentum, semen vivificetur, medicina fiat efficax, frustra est omnis externus labor. Ita etiam, nisi Deus in auditorum cordibus verbo vigorem adspiret, doctrina externa, sicut rigatio, plantatio

Marc. 16. 16.

Eph. 4. v. 10. 11. 12. 13.

(saltem

(saltem in infidelibus) fructu caret, & inanis est. Verbum enim Dei, quod per fidem corde tanquam bona terra suscipitur, & Spiritus sancti tanquam interni coloni gratia vegetatur, ingentem fructum edit. Interim sic Deo placuit humana ministeria adhibere ac temperare, ut quamvis solus ipse sua potentia & operatione omnia in omnibus creet, operetur atque perficiat: nihilominus ministros suos cooperatores adhibere dignetur. Est enim perspicuum & clarum, quod dicit Apostolus: *Sumus Dei cooperatores: vos Dei arvum, Dei ædificatio estis:* ut nimirum discamus, omnem virtutem, efficaciam, & perfectionem operis soli Deo adscribere: ministris vero solum ministerium. Unde vere ac recte cum Paulo dicimus: *Quis igitur est Paulus? Quis autem Apollos? nisi ministri, per quos credidistis, & ut cuique Dominus dedit. Ego plantavi, Apollos rigavit, sed Deus dedit incrementum. Itaque neque is qui plantat, est aliquid: neque qui rigat: sed Deus, qui dat incrementum.* Hoc sensu libenter audimus & usurpamus phrasin scripturæ, quando videlicet Paulus dicit: *Ego per Evangelium vos genui.* Item, *Vos estis epistola nostra, epistola Christi, subministrata à nobis, scripta non atramento, sed Spiritu Dei vivi;* Item: *Quorum remiseritis peccata, remissa erunt:* Item: *Mitto te ad gentes, ut aperias oculos eorum:* Et de Baptista dicit Scriptura: *Ipse convertet corda patrum in filios, & rebelles ad prudentiam justorum, ut paret Domino populum instructum.* Hæc enim omnia cum fiunt, hoc est, cum homines regenerantur, cum fides ingeneratur, oculi aperiuntur, corda convertuntur, operatur id, ut Paulus ait, idem ille Spiritus Dei, qui gratia sua corda irradiat, & trahit ordinarie per organum externi ministerii, licet possit immediate trahere quo, quoscunque & quando velit. Itaque nemo

Hæc omnia approbat Lutherus: hodie quidam ut Schwenckfeldiana damnant.

1. Cor. 3. 9.

1. Cor. 3. 5

1. Cor. 4. 15. 2. Cor. 3. 2

Ioh. 20. 23

Act. 26. 18.

Luc. 1. 17

in hominibus glorietur, sed in eo solo, qui dat incrementum: Nec tamen ideo quisquam homines contemnat, qui à Domino missi sunt, de quibus ipse dicit: *Qui vos audit me audit: qui vos contemnit, me contemnit.* Hæc est sententia nostra de ministerio verbi, uti confidimus, conformis Scripturæ sacræ & sanctis patribus, quam etiam in Vestræ Dignitatis & vestrorum scriptis reperimus. Nunc etiam de Sacramentis sententiam nostram aperiemus.

Luc. 10. 16.

De Sacramentis.

Sacramenta sunt imagines, testimonia certa, & sacra symbola divinæ gratiæ & promissionis erga nos, quæ nobis sub terrenis visibilibus signis cœlestia dona refricant & repræsentant, & mentes nostras à terrenis rebus abstrahunt, & ad cœlestia sui sum extollunt: Præterea sunt sacræ unionis & communionis symbola. Itaque Sacramentum non est nudum signum tantum: sed unumquodque sacramentum constat externo visibili signo, & re cœlesti, quæ significatur & repræsentatur, quæ duo licet unicum constituant sacramentum: aliud tamen est, quod corpus foris suscipit, aliud quod mens fidelis Spiritus Dei efficacia percipit. Sacra enim symbola & res cœlestes, quæ illis significantur, non aliter uniuntur & conjunguntur nisi per modum Sacramentorum. Aliqui vocant unionem sacramentalem, quæ hoc vult, signum & rem signatam nō eo modo uniri, ut unum realiter fiat aliud, velut unum in alio lateat vel inclusum sit: Unumquodque enim, testante etiam Gelasio, essentiam, & proprietatem suam retinet.

Ita Apologia Cōfess. August.

Sacramēta nō sunt nuda signa.

Sacramētalis unio.

Jccir-

Signũ non eſt ſubſtantialiter res ſignata.

Jdcirco externa ſigna non ſunt eſſentialiter vel realiter id quod ſignificant: neque id ex ſe, vel ſua virtute conferunt, ſicut neque miniſtri: Dominus vero utitur miniſtris & ſignis, ut & verbo ad hoc, ut ex mera gratia ſua, quando & quomodo vult, cœleſtia ſua dona, juxta promiſſionem ſuam, annunciet, & viſibiliter repræſentet atque proponat.

Comparatio verbi & ſacramẽtorum.

Quemadmodum igitur miniſterio verbi nihil derogatur, ſi dicatur, externam prædicationem verbi nihil prodeſſe, niſi Deus in corde det incrementum: juxta illud apoſtoli: *Nihil eſt qui plantat, nihil qui rigat, ſed qui dat incrementum Deus:* ita nihil Sacramentis derogat, neque ea evacuat, qui dicit, externa ſigna non mundant, ſed Deus ipſe: hoc eſt, non contemnit neque profanat ſacramenta, qui omnem virtutem & operationem ſalvificam creatori aſſignat, Petrus enim dicit: *Baptiſma nos ſalvos facit non carnis ſordium depoſitio, ſed conſcientiæ bonæ interrogatio in Deum.* Sicut enim in creaturis aliis, ſole, luna, ſtellis, igne, gemmis, herbis & ſimilibus, quibus ceu inſtrumentis Deus nobiſcum agit, nullam ponere fiduciam, neque eas primarias & veras bonorum, quæ per illas accipimus, cauſas facere debemus: ſic neque in externis ſignis fiduciam collocare nos convenit: quantumvis ſacræ res ſint à Deo inſtitutæ, per quas nobiſcun vult agere. Ipſis quoque, tanquam ipſis, cultus Dei non debetur: ſed per ea fides noſtra excitari debet, à terrenis ad cœleſtia, ad Deum creatorem & authorem omnium rerum, etiam ſacramentorum.

Non ſacramẽtum, ſed res ſacramenti ſanctificat.

Ita Lutherus in ſermone de [illegible].

Si igitur ſacramenta ſunt Dei inſtitutio & operatio: utique fideles ea minime contemnent, quaſi inutilia, vel humana, quantumvis hominum manibus admini-

ſtrentur, ſed tanquam cœleſtia dona ex manu Domini ſuſcipient. De externo enim verbo, quod prædicabat, dicit Paulus: *Acceptum Dei verbum quod audiviſtis ex nobis, excepiſtis non ut verbum hominum, ſed (ſicut vere eſt) ut Dei verbum quod etiam in vobis operatur, qui creditis.* Eadem etiam eſt ratio ſacramentorum.

1. Theſ. 2. 13.

Collatio phraſium de miniſterio verbi & de ſacramentis.

Quare, ut prius libenter accepimus, ſemperque ferre potuimus phraſes loquendi de miniſterio verbi, cum dicitur, Miniſtri convertunt homines: remittunt eis peccata: aperiunt eis corda: & quæ ſunt id genus aliæ: ita ferre etiam poſſumus, ſano ſenſu, ut dicatur: Miniſtri regenerant nos & abluunt nobis peccata per baptiſmum: item exhibent nobis in Cœna corpus & ſanguinem Domini. Ananias dicit Paulo: *Surge, baptizare, & ablue peccata tua:* Et de Cœna dicitur: *Dominus accepit panem dedit, & dixit: accipite, edite, hoc eſt corpus meum, &c.* His phraſibus etiam uſi leguntur Patres, ut dona & benignitatem Dei tanto illuſtriorem redderent.

Act. 22. 16.

Contra Anabaptiſtas.

Quandoquidem vero miniſterium Verbi & Sacramentorum inſtitutio atque operatio eſt Dei, non hominum: repudiamus hic errorem Anabaptiſtarum & Donatiſtarum, qui ſacramenta ex dignitate vel indignitate utentium æſtimant.

Vera doctrina de ſacramentis.

Quod vero cœleſtia dona terrenis ſignis proponuntur, debetur id ſingulari bonitati Dei, qui hoc pacto infirmitati noſtræ opitulari voluit: Infirma enim mens noſtra rectius percipit ea, quæ corporalibus ſignis ei repræſentantur. Itaq; Dominus promiſſiones & cœleſtia dona ſua viſibilibus ſignis ceu picturis nobis propoſuit, hoc eſt, in corporalibus ſignis nobis dedit illud, quod ſola mente percipitur.

Chryſoſtomus hom. 83 in Mat.

Inde

Inde concludimus, sacramenta illis esse instituta, qui sunt in Christi Ecclesia: Qui extra eã sunt impii, ludibrio habent nostra sacramenta, quoniam ex sola externa forma ea æstimant: fideles vero sacramenta penitius introspiciunt, earumque institutionem atque efficaciam intelligunt.

Qui igitur sacramenta vera fide sumunt, fructum inde percipiunt: sine fide sumta, sunt noxia: Non quod bona Dei dona per se noceant: sed quod sine fide sumta non recte sumantur: Itaque noxa nostræ culpæ debetur.

Porro sacramenta etiam sunt symbola populi Dei, per quæ Ecclesiæ Dei adscribimur & accensemur, & quibus fidem nostram testamur. Ita enim placuit Deo sibi Ecclesiam colligere, & certis tesseris insignire, quibus etiam stipulationis suæ commonefierent. *Finis subordinatus.*

Huiusmodi vero sacramenta sunt duo in Ecclesia Christi: *Baptismus*, qui vocatur lavacrum regenerationis: & *Cæna Domini*, quæ dicitur corpus & sanguis Domini, seu communio corporis & sanguinis Christi. De utroque deinceps etiam dicturi, & sententiam nostram explicaturi sumus. Hactenus enim de Sacramentis in genere tractavimus ad mentem S. Scripturæ & omnium recte sentientium: prout coram Deo testamur: ac penitus persuasi sumus, vos in illis nihil desideraturos esse. *Hic nemo contradixit: silentio igitur probata fuerunt.*

De Baptismo.

BAPTISMUS est sacramentum, in quo Dominus visibili signo gratiam suam testificatur & repræsentat, videlicet, quod nos regeneret, à peccatis mundet, in

populum ſuum adoptet, qui deinceps Chriſto vivat, veterem Adamum mortificet, omniumque beneficiorum Chriſti particeps fiat. Omnes enim in peccatis concipimur & naſcimur : ideo neceſſe habemus denuo regenerari, & à peccatis purgari. Id vero fit per miſericordiam Dei, quam ex mera gratia, nullo noſtro merito nobis donat: qua gratia Deus nos in fœdus ſuum adoptat, & donat ſpiritu Chriſti filii ſui, ut conſepulti cum eo in mortem ejus, reſurgamus ad novam vitam: prout myſterium hoc fuſius in doctrina ſanctorum Apoſtolorum declaratur.

Hæc vero cœleſtia dona, proprie loquendo, à nullo nobis dantur atq; donantur, niſi à Divina bonitate, quæ ſacramento utitur ad illa nobis annuncianda, & externis noſtris ſenſibus repræſentanda, ad eoſdem quoque excitandos: ut ita omnis gloria ſit ſolius Dei. Neque interim tamen (1.Petr.3.21.) ſancta ordinatio ſigni contemtui habeatur, vel evacuetur: vere enim & recte dicit Petrus : *Baptiſma nos ſalvos facit:* mox vero addit: *non externa ablutio ſordium carnis.* (Mat.3.11) Et Johannes Baptiſta *Ego*, inquit, *baptizo aqua: qui vero poſt me venit Chriſtus, baptizabit vos Spiritu ſancto & igni.* Quo etjam reſpexerunt Patres in Concilio Niceno dicentes: *Baptiſma Chriſti non oculis ſenſualibus corporis, ſed oculis mentis conſiderari debet.*

Inſuper Baptiſmus eſt ſymbolum populi Dei, quia ſervit noſtræ profeſſioni. Baptiſmo enim teſtatum facimus in Eccleſia, quam fidem nos cum liberis & familiis noſtris profiteamur: nempe Chriſtianam, quodque ſimus membra unius corporis, cujus caput eſt Chriſtus, cui conſecrati, & in numerum famulorum ſuorum adoptati ſumus, quippe qui ejus ductu & ſub ejus ve

xillo per omnem vitam adversus mundum, carnem atque diabolum militare debeamus.

De S. Cœna Domini.

COENA DOMINI est sacramentum, sive sacra institutio Domini, quæ nobis renovat atque testificatur beneficia sua, videlicet, communionem sui corporis & sanguinis: idque signo externo. Nam pane & vino annunciat nobis, quid nobis donet ac tradat, nempe seipsum in cibum vitæ. Ipse enim solus pascit & alit nos sua carne & sanguine in vitam sempiternam.

Itaque caput sacramenti hujus est donum Dei, nempe, corpus & sanguis Christi: & quidem corpus pro nobis traditum in mortem, & sanguis pro nobis effusus in remissionem peccatorum: Corpus enim & sanguis Christi parata sunt nobis in cibum vivificum animarum, dum filius Dei in carne pro nobis moritur, ut nos vivificet, dum sanguinem suum fundit, ut à peccatis nos abluat & purget: dum corpus suum à mortuis suscitat, ut & nostra corpora resurrectionis suæ spem atque virtutem percipiant.

Quomodo corpus Domini in S. Cœna sit cibus noster.

Ita Dominus seipsum tradit nobis manducandum & fruendum, non loco suo aliquid humanitus confectum aut imaginarium. Neque enim in cœlo vel in terra quicquam est, quod animas nostras pascere & satiare queat, nisi Dominus ipse. In cœna itaque corpus Domini vere editur, & sanguine ejus vere bibitur, non crude aut carnaliter, prout Papistæ hactenus docuerunt, quasi manducetur substantialiter, h. e. corporaliter & naturaliter, pane videlicet in carnem realiter mutato, vel corpore in pane contento, sed spiritualiter, hoc est,

Ita Trentius in exegesi & syngramma. Hodie est calumniarum.

ſpirituali modo, fideli mente. Vera enim fide appreħendimus promiſſionem Dei, & accipimus cœleſtia dona. Fide fructuoſe manducatur Dominus, ut jam vivat in ſuis, & ſui in ipſo.

Iſta eximia & ſancta Dei dona, quæ à nemine niſi à Domino ipſo nobis præbentur, ſervata ordinatione Domini, per viſibilia ſymbola panis & vini ſenſibus noſtris externis repręſentantur, non ut in pane & vino hæreamus, ſed ut infirmitas noſtra ſublevetur, cordaque noſtra ſurſum ad DOMINUM evehantur, cogitentque, magnum quid eſſe, quod hic agitur, nempe non quomodo panis tantum edatur, vinum bibatur: ſed quomodo ipſe DOMINUS cum gratia & donis ſuis fideli mente percipiatur.

Ita Canõ Nicenus.

Convivæ igitur fide vera cum DOMINO Cœnam ſumturi, cum vident panem, corda ſua & mentes in corpus Chriſti dirigunt: cum vident poculum, corda ſua & mentes dirigunt in ſanguinem Chriſti, cum vident panem frangi, vinum fundi, mente revolvunt, corpus Chriſti in cruce mortuum, ſanguinem pro ſe effuſum eſſe: quomodo corpora pane paſcuntur & roborantur, corda vino refocillantur & recreantur. Sic & fideles, credunt ſe corpore Chriſti pro ſe in mortem tradito, ad vitam æternam paſci: ſentiunt conſcientias & corda ſua ſanguine pro ſe fuſo in cruce refocillari: ſentiunt in ſe vivificationem & vegetantem Chriſti virtutem: Atque hoc eſt Cœnam Domini ſpiritualiter peragere: quod cum fit à membris Eccleſiæ, dici non poteſt, ſacramentum corporis & ſanguinis Chriſti merum & nudum ſignum eſſe.

Si hæc ſunt Sacramentaria, non debuerunt à Luthero ſilentio probari. Sed ſũt probata.

Sacramentum non eſt inane ſignum. Nihil contra hæc Lutherus.

HINC in corde ſuccreſcit & reſultat ingens lætitia & gratiarum actio, pro tantis Dei beneficiis ac donis, exi-

ſtit

ſtit celebratio, prædicatio, confeſſio nominis divini niſi opera DOMINI, quæ ſemel nobis præſtitit atque exhibuit, recoluntur & commemorantur. Præcipue vero recolitur memoria mortis DOMINI, quæ licet pridem præterierit ſemel facta: fidelibus tamen recens, viva præſenſque ſiſtitur. Memoria enim noſtra mortis Domini in S. Cœna altior ſanctiorque res eſt, quam ſi convivantes recordentur ſodalis alicujus, qui forte vinum eis ad hilaritatem donavit. Jſte enim abſens nihil in ſodalibus ſuis operatur. In cœna vero fidelium CHRISTUS præſens operatur Spiritu ſuo potenter in cordibus eorum. Promiſit enim, ubi duo vel tres ſunt congregati in nomine ſuo, ſe fore in medio eorum: quod maxime fecit hoc tempore.

Præſentia Chriſti in S. Cœna præſentia totius miniſterii, ſive gratiæ.

EX QUIBUS clarius intelligitur, nos CHRISTUM Dominum & ſponſum Eccleſiæ, ex cœna noſtra nequaquam excludere. Minime etiam negamus, corpus & ſanguinem Chriſti in S. Cœna in cibum animæ & ad vitam æternam manducari & percipi. Iſtud vero cum noſtris in doctrina CHRISTI prædeceſſoribus negavimus atque negamus in hunc diem, corpus Chriſti corporaliter vel carnaliter in ſeipſo comedi, vel Chriſtum corpore ſuo corporaliter & naturaliter ubique præſentem eſſe.

Nihil cõtra hæc Lutherus.

CONFITEMUR enim atque aſſerimus cum S. Scriptura, omnibuſque ſanctis Patribus: CHRISTUM hunc mundum reliquiſſe, & ad dextram Dei Patris in cœleſti gloria ſedere, nec amplius in ſtatum hunc corruptibilem deſcendere vel trahi poſſe: Itaque vera Chriſti præſentia in S. Cœna cœleſtis, non terrena aut carnalis eſt.

Ad hoc conſentiendo reſpondet Lutherus.

NEGAMUS quoque panem in corpus CHRISTI

transſubſtantiari : h. e. panem naturaliter & eſſentialiter corpus Chriſti eſſe, licet ſupernaturali & miraculoſo modo. Negamus etiam corpus CHRISTI ullo modo cum pane & vino uniri, niſi ſacramentaliter, de quo ſenſum noſtrum ſatis explicavimus.

Si hæc diſpexiſſent Luthero, non fuiſſet improbaſſet.

JTAQUE cum apud nos cum S. S. Patribus Tertulliano, Hieronymo, Ambroſio, & Auguſtino docetur & ſcribitur, panem eſſe figuram & ſignum corporis Chriſti : ſignificare & repræſentare illud hoc dictum volumus, panem non eſſe ipſum corpus CHRISTI, ſed corporis Chriſti ſignum & ſacramentum: quo ipſo tamen verę præſentię Chriſti in S. Cœna, prout eam prius confeſſi ſumus nihil derogatum volumus Nobis enim particula (HOC) in verbis Domini : *Hoc eſt corpus meum:* non ſolum oculis corporeis panem ſed etiam & pręcipue oculis fidei corpus Chriſti demonſtrat.

Quomodo panis ſit figura corporis Chriſti.

Confitemur quoque, uſum S. Cœnæ adeo eſſe ſanctum & ſalutarem, ut qui vera fide de hoc pane manducat, & de hoc poculo bibit, promiſſa à Domino dona cœleſtia vere participet. Qui vero indigne, hoc eſt ſine vera fide (qua ſola DOMINI & beneficiorum eius participes reddimur) percipit, quod ipſi ſibi iudicium edat & bibat, ut dicit apoſtolus. Itaque noſtros diligenter præmonemus atque hortamur, ne quis menſa DOMINI abutatur, ſed ut unuſquiſque ſe probet atque exploret.

De vero uſu S. Cœnæ.

PRÆTEREA S. Cœna Domini eſt ſymbolum. Ut enim ex multis granis farina & panis unus, & ex multis acinis vinum conficitur: Ita nos, univerſa Eccleſia fidelium, in unum panem & vinum, unumque corpus coaleſcimus. Profitemur quoque externa confeſſione, nos credere, quod ſanguine CHRISTI redemti ſimus:

Symbolum veritatis fidelium in uno corpore.

cui & gratias agimus, dum mutua ſtipulatione colligamur. Mutuo enim nobis dilectionis atque amicitiæ officia ſtipulamur.

HUNC in modum reſponſum noſtrum ſcripſimus quod R. D. veſtram non improbaturam eſſe confidimus. Cauſam enim hanc ſyncero corde agimus. Deum, veritatem, & pacem Eccleſiæ toto pectore quærimus. Probe etiam obſervavimus, vos erga nos in hac cauſa bene affectos eſſe, quandoquidem dilecti Domini & fratres noſtri Argentinenſes præciſe nobis expoſuerunt, per hanc CONCORDIAM nihilominus Eccleſiis ſingulis libertatem ſuam de S. Cœna quam commodiſſime loquendi reſervari debere: voſque ſatis eſſe exiſtimare, ſi animi coaleſcant, & conſenſus articulorum ſummarius inter nos vigeat: utraq; etiam pars caveat ea, quib. in exceſſu vel in defectu huius cauſæ delinqui poſſit, hoc eſt, ne externo operi Sacramenti tribuatur id quod ſolius CHRISTI eſt, neque contra Sacramentis derogetur, quaſi nuda ſint ſigna. Parum enim hoc eſſet S. Cœnæ DOMINI tribuere, ſi panis & vinum nihil niſi nuda ſigna Chriſtianæ ſocietatis & abſentiæ CHRISTI eſſe reputarentur. Nimium viciſſim S. Cœnæ tribueretur, ſi diceretur, panem in ſe eſſe verum Chriſti corpus corporaliter, quomodo pependit in cruce: & ſacramentum etiam ſine fide ſumtum, gratiam conferre.

Lutherus in ſupra ſcriptis nihil improbavit.

Vere media Concordiæ via.

Exiſtimamus vero, V. D. videre, ſtudioſe nos hoc agere, ne vel ad dextram, vel ad ſiniſtram declinemus: ſed normæ S. Scripturæ & verborum CHRISTI inſiſtamus. Iccirco tandem ſepoſita omni dubitatione ſperamus, cœptam inter nos CONCORDIAM confectam fore, quandoquidem V. D. poſt declarationem ſuam, ſententiam quoque noſtram in hac cauſa, potiſſimum

ex

ex confessione nostra & præsente hac declaratione percepit.

OMNIPOTENS ille Deus, qui Deus est pacis, faxit gratia sua, ut in vera & Christiana dilectione, pace & unitate, ad Evangelii propagationem mutuo vivamus & agamus. Idem omnes offensas, hincinde obortas, potentia Spiritus sui tollat, veramque dilectionem omnibus suis membris largiter adspiret. Ipsi honos & gloria. Amen. Basileæ mense Novembri, Anno 1536.

Literæ responsoriæ D. PHILIPPI Melanchthonis ad civitates Evangelicas Helvetiæ.

Nobilibus, strenuis, honestis, prudentibus Dominis Consulibus, Prætoribus, & Senatoribus Civitatum Tiguri, Bernæ, Basileæ, Schaffhusii, San Galli, Mulhusii & Buhel: Dominis meis gratiosis.

GRATIA Dei: per Dominum nostrum JESUM CHRISTUM: Nobiles, strenui, honesti, prudentes, gratiosi Domini. Quoniam V. S. & prudentia commune scriptum ad Reverendum Dominum Doctorem Martinum Lutherum huc misit, in quo doctrinam de Sacramentis, quæ in Ecclesiis vestris docetur, explicastis & declarastis: paratus quidem erat D. Lutherus vobis benevole respōdere. Accidit vero, ut morbo impeditus, & calculo infirmatus in tantū fuerit, ut rem stam tanti momenti tractādam suscipere, vobisq; quantū

requirebat necessitas, respondere non potuerit. Et " quamvis Illustrissimus Princeps ac Dominus, D. Johannes " Fridericus Elector Saxoniæ, Dominus noster Clementissimus, postquam Dominus D. Lutherus nonnihil convaluisset, Reverendum D. Martinum Bucerum ad ipsum misisset: tamen D. Lutheri vires ferre nondum poterant, ut responsum ad vos expediret. Hoc ab Illustrissimo Principe meo Electore Saxoniæ accepi in mandatis, ut vestræ S. & Prudentiæ significarem. Ac spero, quam primum domum fuerimus reversi, & D. Lutherus valetudinem recuperaverit, eum V.S. & Prudentiæ prolixe responsurum esse, quippe quibus optima quæque cupit, ac summis votis à Deo precatur, ut omnes in unitate Christiana Deum & Dominum nostrum JESUM CHRISTUM invocemus & colamus, beateque vivamus: quod faxit Deus clementissime. Datæ Smalcaldiæ 15. Martij Anno 1537. "

V. P.

Philippus Melanchthon.

Postquam D. Lutherus recuperata valetudine Wittebergam reversus Declarationem Civitatum Helveticarum cum collegis satis pensitasset, tandem respondit de Concordia inita mense Decembri hunc in modum.

RESPONSORIA EPISTOLA CONCORDIÆ
D. Martini Lutheri ad declarationem Evangelicarum civitatum Helvetiæ super Concordiæ negotio.

Honestis, prudentibus Dominis Consulibus, Prætoribus, Majoribus, Senatoribus & civibus confœderatarum civitatum conjunctim: Tiguri, Bernæ, Basileæ, Schaffhusii, SanGalli, Mulhusii & Buhel: Dominis & amicis meis gratiosis.



In Tomo 8 Ienensi fol. 542.

GRATIAM & pacem in Christo Servatore nostro. Honesti, prudentes, dilecti Domini & amici. Plus satis diu jam moram feci responso ad scriptum vestrum, Smalcaldiam ad me missum. Quam moram excusarem quidem: sed spero opus non fore: quandoquidem V. P. ipsa novit, quanta quotidie cervici meæ incumbant, qui senectute nunc infirmor, adeo, ut nunc etiam necesse habuerim ab hominibus & negotiis secessum quærere, quo scriptum hoc tandem expedirem.

In VVitteber. Tom. 12. fol. 204.

Pristina acerbitas & suspicio penitus sublata.

Equidem jam denuo scriptum V. P. legi: ac primum vehementer gaudeo, me intelligere, quod, seposita omni acerbitate ac suspicione, quæ cum concionatoribus vestris nobis intercessit, serio ex animo concordiam inire ac promovere deliberatum habeatis. DEUS & pater omnis concordiæ & dilectionis, cœptum hoc opus bonũ clementer perficere dignetur, sicut scriptum est: *Cum probavit Dominus viam viri: etiam inimicos ejus dirigit ad pacem.* Difficulter quidem atque vix fieri poterit, ut tantæ contentionis vulnus repente atq; illico absq; omni cicatrice consolidetur. Erunt enim tam apud vos quam apud nos aliqui, quibus Concordia hæc parum probabitur, sed suspecta erit. Si tamen nos utrinque, quibus illa cordi est, serio seduloque instabimus: Clementissimus Deus & Pater utiq; gratiam

Concordia non omnibus placet.

suam

ſuam dabit, ut & alii paulatim miteſcant, & aquæ turbidæ conſidant.

Rogo itaque peramanter, V. P. hoc agat & curet ſerio, ut apud vos & veſtrates clamoſi illi, qui adverſus nos & concordiam blaterant, à vociferationibus ſuis abſtineant, ac populum ſimpliciter doceant. Præterea hanc CONCORDIÆ cauſam commendet illis, qui ad talia vocati ſunt atque idonei: nec eos impediat. Quemadmodum & nos hoc loco tum in ſcriptis tum in concionibus tranquillitati ſtudebimus, & ab invectivis in veſtros abſtinebimus: ne cauſam ullam CONCORDIÆ impediendæ præbeamus: quippe quam, Deo teſte, toto pectore videre exoptamus. Et laus ſit Deo: dimicatum, declamatum hactenus fuit plus ſatis, ſiquidem aliquid ſic profici potuiſſet. Cumprimis vero obnixe rogatos volo, ita de me exiſtimetis, tanquam de eo, cui res tota ſumme ſit cordi, quique quantum omnino mearum erit virium, nihil eorum ſit intermiſſurus, quæ ad Concordiam promovendam pertinebunt.

Adverſus ſentientes, Concordiæ inimicos.

Novit id DEUS, quem teſtem invoco ſuper animam meam. Diſſidium enim hoc nec mihi nec cuiquam profuit: Sed plurimum damni dedit: ex quo profecto nihil utilitatis vel commodi ſperari potuit, vel etiamnum poteſt.

ATQUE ad articulos veſtros ut veniam: in PRIMO de verbo prædicato, nihil prorſus habeo, quod deſiderem. Neque enim nos diverſum docemus, quam quod Spiritus ſanctus intus in cordibus auditorum operari neceſſe habeat: quodque externum verbum ſolum nihil proficiat. Secus ſi externa concio ſola proficeret, omnes, quotquot audiunt, fidem conciperent, quod te-

Concordia. I. *De verbo prædicato.*

ſte experientia minime fit. Et S. Paulus dicit Rom. 10. *Nonne audiverũnt? Sed non omnes credunt Evangelio.* Interim hoc maneat, Evangelium prædicatum eſſe ac dici verbum Dei, & Dei potentiam ad ſalutem omni credenti Rom. 1. quippe per quod Deus vocat & trahit, quos vult, per Spiritum ſanctum. Si quid vero ſit, quod de hoc in ſcriptis à nobis vel à vobis nõ ſatis perſpicue poſſit intelligi (neque enim eodem modo & eodem idiomate omnes loqui poſſumus) id D. Capito & Martinus Bucerus ſatis clare & dilucide explicando, intervenire poterunt: quod ſumma eos fide ac diligentia facturos eſſe prorſus mihi perſuadeo: prout hactenus etiam de eis compertum habeo.

II. *De Baptiſmo.* SIMILITER in articulo II. de Baptiſmo nihil differentiæ obſervo. Sicut enim jam de prædicato verbo dictum eſt, ſic & nos ſentimus, ſolam aquam & verbũ (quod præcipuum eſt in baptiſmo) Spiritu ſancto intus non operante, foris nihil proficere. Saltem ſit Baptiſmus externum Dei ſignum, imo organum & opus, quo Deus in nobis operatur, ne vacuum aut inane humanum ſignum vel teſſera putetur.

III. *De Cœna Domini.* Quod ad tertium articulum de Sacramento corporis & ſanguinis Chriſti: nondum quoque docuimus, neque adhuc docemus, Chriſtum è cœlo vel à dextra Dei deſcendere vel aſcendere, viſibiliter vel inviſibiliter. Firmiter tenemus articulum fidei: *Aſcendit in cœlum: ſedet ad dextram Dei: unde venturus eſt, judicare, &c.* Committimus divinæ omnipotentiæ, quomodo corpus & ſanguis eius in Cœna nobis præbeantur, quoties ipſius mandato convenitur, & inſtitutio eius celebratur. Non mentionem facimus ullius aſcenſus vel deſcenſus, qui fieret in Cœna: ſed ſimpliciter tene-

mus verba ejus : *Hoc est corpus meum, Hoc est sanguis meus.* Veruntamen, si, quod prius dixi, omnino satis recte mentem mutuo percipimus: hoc in præsens optimum sit, ut invicem amici simus, & optima quæque mutuo de nobis invicem polliceamur, donec gluma & fœculenta aqua tandem subsidat. Poterunt hic & in reliquis omnibus D. Capito & Martinus Bucerus optime in medium consulere: modo pectora invicem componamus, ac simultates omnes facessere iubeamus, ut Spiritui sancto locus detur.

INSUPER ut dilectio & amicabilis CONCORDIA inter nos perfecta vigeat, ex parte nostra nihil faciemus reliquum: cum primis ego, quantum ad me, omnem offensam penitus ex animo delebo, vobisque amorem & fidem omnem polliceor. Quantumvis enim nos, qui rem hanc serio agimus, summa quæque egerimus, semper tamen auxilio Dei & consilio maiore indigebimus. quandoquidem Satan summus noster & concordiæ hostis, facile suos noverit invenire, per quos summa imis conturbet: ut nihil sit opus, nos diffidentiæ vel suspicionibus invicem indulgere. Sed cum primis necessarium, ut corda simul & dextras mutuo porrigamus, ne posteriora fiant deteriora prioribus. *Concordia perfecta.*

IV. De excommunicatione seu clavibus non recordor, aliquando inter nos aliquid fuisse controversum. Forte apud vos rectius habet disciplina quam apud nos: neq; in hoc capite, modo in cæteris plene conjuncti simus, volente Domino, laborabit CONCORDIA, Amen. *De clavibus.*

ISTA pro hac vice ad vestræ P. scriptum brevissime respondere volui. Rogo in bonam partem accipiatis. Nam caput meum quotidie variis distrahitur negociis & meditationibus, ut non possim singula ita ex-

pedire, quaſi unum ſolum vel alterum mihi agendum incumberet.

Commendo V. P. omnes & ſingulos cum omnibus veſtris Deo Patri omnis miſericordiæ & conſolationis. Is gratia Spiritus ſui utrinque corda noſtra per Chriſtianam dilectionem mutuo conglutinet, expurgetque ſcorias & ſordes humanæ diffidentiæ & diabolicæ malitiæ ac ſuſpicionis, ad gloriam & laudem divini ſui nominis: ad ſalutem multarum animarum: in deſpectum Diaboli & Papæ, omniumque illis adhærentium: Amen. 1. Decembr. Anno, &c. 1537.

Hoc votũ damnabis omnes hoſtes concordiæ.

V. P.
Addictus
Martinus Lutherus.

Hunc pacificum animum, hocque ſanctum votum D. Lutheri conſiderent quæſo Principes Evangelici, & quantum in ſe eſt explere ſtudeant. Conſiderent etiam Theologi adverſæ partis, an de doctrina & ſpiritu Lutheri, ne dicam Christi gloriari poſſint, ſiquidem declarationem iſtam Chriſtianiſſimam perſpicuam, ſolidam Eccleſiarum Helveticarum, quam adhuc ipſæ, cum omnibus reformatis in Germania, Gallia, Britannia, Belgio, Polonia, Hungaria, Bohemia Eccleſiis hodie fideliter retinent, de uſu & efficacia miniſterii Eccleſiæ, ſeu verbi prædicati, de Baptiſmo, de S. Cœna Domini: improbare, cavillari, damnare diutius præſumſerint.

Neque eſt quod excipiant, Lutherum ipſum quadriennio poſt concordiam & animum mutaſſe: & hodie præter illa tria, multa alia in controverſiam ve-

nire:

nire. Notum est ex historia illius temporis, quibus flabellis & follibus impulsus, & persuasus LUTHERUS concordiam abruperit : quod humanæ imbecillitatis exemplum in tanto viro non allegari, sed tegi, non in imitationem trahi, sed emendari convenit. Quicquid vero sit de controversiis aliis (de quibus suo loco dicendum veniet) in tribus illis primis & principalibus redintegretur CONCORDIA. De cæteris longe facilior erit transactio, si oculos aperuerint, & corda pacis cupida ad actionem omnes attulerint. Extabat tunc temporis Helveticarum Ecclesiarum, præsertim Tigurinæ, in qua ZWINGLIUS, & Basiliensis, in qua OECOLAMPADIUS docuerat, confessio de universa religione sua. Poterat LUTHERUS excipere : Domini mei: non est satis, de his tribus nos consentire, restant controversiæ aliæ, de persona Christi, de ubiquitate, de peccato originis, de causa peccati, de prædestinatione Dei, de libero arbitrio, &c. AT nihil huius ille prætendit: nihil de his movit, quia in reipsa vidit consensum esse: Scholasticas verborum rixas non oportere concordiam turbare rectissime statuens. Imo de Prædestinatione, Providentia & libero arbitrio LUTHERUS, sicut & MELANCHTHON, tunc multo durius sentiebat, quam Helveticæ Ecclesiæ : neque tamen ista dissensio impediendæ concordiæ quicquam momenti afferebat. Certe CALVINUS, qui jam tunc incipiebat scriptis inclarescere, sententiam suam de Prædestinatione, providentia, & libero arbitrio, post Sacras literas & AUGUSTINUM potissimum ex aureo LUTHERI libro de SERVO ARBITRIO & MELANCHTHONIS Hypothesibus locorum communium atque commentariis ad Romanos hausit: quam hodie à discipulis LUTHERI

ferri non posse, sed damnari, nonne erit monstri simile? Ipsolne inconstantiæ vel ignorantiæ, an nos erroris ea res arguere poterit? Sed pergendum est.



CAPUT XXII.

Formula consensus Evangelicorum fratrum in Polonia Sendomiriæ initi anno CIↃ IↃ LXX.

CONSENSUS vero *Sendomiriensis*, cujus in ratione sexta mentionem feci, formula typis prodita, quantum ad controversiam de S. Cœna Domini, sic se habet.

Consensus mutuus in religionis Christianæ capitib. inter Ecclesias majoris & minoris Poloniæ, Lithvvaniæ, & Samogitiæ, &c. quæ juxta Augustanam, Fratrum Bohemicorum & Helveticam Confessionem aliquo modo à se dissentire videbantur: factus in Synodo Sendomiriensi: Anno Domini 1570. die 15. April.



„ POSTEAQUAM diu multumque cum
„ sectariis, Tritheitis, Ebionitis, Anaba-
„ ptistis, &c. conflictati, divino tandem
„ favore ex tot tantisque certaminibus &
„ deplorandis contentionibus emersimus:
„ Visum est iisdem Ecclesiis Polonicis reformatis & orthodoxis, quæ in quibusdam capitibus &

formu

formulis doctrinæ (hostibus veritatis & Evangelii) minime consentire videbantur, pacis & concordiæ studio Synodum convocare, atque consensionem mutuam testari. Quare habita collatione amica & Christiana sic junctis compositisque animis consensimus in hæc capita.

Primum quemadmodum & nos, qui in præsenti Synodo nostram confessionem edidimus, & Fratres nunquam credidimus, eos qui Augustanam Confessionem amplectuntur, aliter, quam pie & orthodoxe sentire de Deo, & sancta Trinitate, atque incarnatione Filii Dei, & justificatione nostra, aliisque præcipuis capitibus fidei nostræ, ita etiam ij, qui Augustanam confessionem sequuntur, professi sunt candide & sincere: se vicissim tam de nostrarum Ecclesiarum, quam de Fratrum Bohemicorum (quos quidam rerum ignari Waldenses vocant) confessione de Deo & Sacra Triade, incarnatione Filii Dei, justificatione, & aliis primariis capitibus fidei Christianæ, nihil agnoscere, quod sit absonum ab orthodoxa veritate, & puro verbo Dei: Ibique sancte invicem polliciti sumus unanimiter secundum regulam verbi, nos defensuros consensum hunc mutuum in vera & pura Christi religione, contra Pontificios, contra sectarios, contra denique omnes hostes Evangelii & veritatis. Deinde vero, quantum ad infelix illud dissidium De Coena Domini attinet: convenimus in sententia verborum Domini nostri JesuChristi, ut illa orthodoxe intellecta sunt à Patribus, & inprimis Irenæo: qui duabus rebus scilicet terrena & cœlesti hoc mysterium constare dixit. Neque elementa signave nuda & vacua illa esse asserimus: sed simul re ipsa credentibus

exhibere & præſtare FIDE quod ſignificant. Denique ut expreſſius clariuſque loquamur, convenimus, ut credamus & confiteamur: ſubſtantialem præſentiam CHRISTI non ſignificari duntaxat, ſed vere in COENA eo veſcentibus repræſentari, diſtribui & exhiberi CORPUS & SANGUINEM DOMINI, ſymbolis adjectis ipſi rei minime nudis: ſecundum Sacramentorum naturam. Ne vero diverſitas formularum loquendi contentionem aliquam pariat: placuit præter Articulum, qui eſt inſertus noſtræ Confeſſioni, mutuo conſenſu aſſcribere Articulum Confeſſionis Saxonicarum Eccleſiarum de COENA DOMINI, ad Tridentinum Concilium Anno Domini M. D. LI. miſſæ: quem etiam pium agnoſcimus & recipimus. Cujus confeſſionis hæc ſunt verba: *Et Baptiſmus & Cœna Domini ſunt pignora & teſtimonia gratiæ, ut antea dictum eſt. quæ de promiſſione & tota redemptione nos cõmonefaciunt, & oſtendunt beneficia* EVANGELII *ad ſingulos pertinere: qui his ritibus utuntur, &c.* Jtem: *Nec admittuntur ulli ad communionem, niſi prius à paſtore aut collegis ejus auditi ſint, & abſoluti. In hac exploratione interrogantur & erudiuntur rudiores de tota doctrina: & deinde abſolutio promulgatur. Docentur etiam homines, Sacramenta eſſe actiones divinitus inſtitutas: & extra uſum inſtitutum res ipſas non habere rationem Sacramenti: ſed in uſu inſtituto in hac communione vere & ſubſtantialiter adeſſe* CHRISTUM, *& vere exhiberi ſumentibus corpus & ſanguinem* CHRISTI: *teſtari* CHRISTUM, *quod ſit in eis, & faciat eos ſibi membra: & quod ablueritt eos ſanguine ſuo, &c.* Omnia hujus articuli verba integra.

HUIUS autem ſancti mutuique CONSENSUS vincu-

lum fore arbitrati ſumus, convenimuſque: ut quemadmodum illi nos, noſtraſque ECCLESIAS, & confeſſionem noſtram, in hac ſynodo publicatam, & Fratrum orthodoxas eſſe teſtantur: ſic etiam nos illorum ECCLESIAS eodem Chriſtiano amore proſequamur, & orthodoxas fateamur: extremumque VALE dicamus, & altum ſilentium imponamus omnibus rixis, diſtractionibus, diſſidiis, quibus EVANGELII curſus, non ſine maxima multorum piorum offenſione, impeditus eſt: & unde adverſariis noſtris non levis calumniandi & veræ Chriſtianæ Religioni noſtræ contradicendi occaſio fuit ſubminiſtrata: quin potius paci & tranquillitati publicæ ſtudere, charitatem mutuam exercere, & operas mutuas ad ædificationem ECCLESIÆ pro fraterna conjunctione noſtra præſtare debemus.

AD hæc recipimus MUTUO CONSENSU, omni ſtudio noſtris Fratribus omnibus perſuaſuros, atque eos invitaturos ad hunc Chriſtianum & unanimem conſenſum amplectendum, colendum & conſervandum, illumque alendum & obſignandum, præcipue auditione verbi (frequentando tam hujus quam alterius cujuſq; confeſſionis cœtus) & Sacramentorum uſu: obſervato tamen recto ordine & gradu tam diſciplinæ, quam conſuetudine uniuſcujuſque ECCLESIÆ.

RITUS autem & Ceremonias uniuſcujuſq; Eccleſiæ liberos hac CONCORDIA & conjunctione relinquimus Non enim multum refert, qui ritus obſerventur: modo ſarta tecta & incorrupta exiſtat ipſa doctrina, & fundamentum fidei ac ſalutis noſtræ: quemadmodum & ipſa confeſſio Auguſtana & Saxonica de ea re docent: & in hac confeſſione noſtra in præſenti SYNODO SENDOMIRIENSI publicata, id ipſum expreſſimus.

„ Quamobrem consilia officiave mutua inter nos conferre, & in posterum de conservatione & juramento omnium totius REGNI, LITHWANIÆ, SAMOGITIÆ, piarum orthodoxarum & reformatarum Ecclesiarum, tanquam de uno corpore consulere polliciti sumus, ac recepimus. Et si quando SYNODOS generales celebrabunt, nobis quoque significent: & ad nostras etiam generales vocati non gravatim veniant, si opus fuerit.

Atque ut colophonem huic CONSENSUI & mutuæ concordiæ imponamus: ad hanc fraternam societatem conservandam tuendamque non incommodum fore putamus, in locum certum convenire, ubi una ex mutuis Confessionibus compendium corporis doctrinæ (improbitate hostium veritatis ad id adacti) eliceremus, & in publicum ederemus: ut invidorum hominum ora obturarentur, cum maximo omnium piorum solatio: sub titulo omnium ECCLESIARUM Polonicarum reformatarum, & Lithwanicarum & Samogiticarum nostræ CONFESSIONI consentientium.

DATIS igitur, junctisque dextris sancte promisimus & recepimus invicem omnes, fidem & pacem colere, fovere, & indies ad ædificationem REGNI DEI magis magisque amplificare velle: omnesque occasiones distractionis Ecclesiarum evitaturos. Denique se immemores & oblitos suipsius, ut veros DEI ministros decet, solius JESU CHRISTI Salvatoris nostri gloriam promoturos, & Evangelii ipsius veritatem propagaturos tum dictis, tum factis recepimus.

QUOD UT FELIX, RATUM, FIRMUMQUE SIT IN PERPETUUM, oramus ardentibus votis DEUM Patrem, totius consolationis & pacis authorem, & fontem

ubertimum, qui nos noſtraſque ECCLESIAS ex denſis Papatus tenebris eripuit, donavitque puro verbi ſui & ſacroſancto veritatis lumine: hancque noſtram ſanctam pacem, conſenſionem, conjunctionem & unionem benedicere, ad ſui nominis gloriam & Eccleſiæ ædificationem velit, AMEN.


CAPUT XXIII.

Evangelicarum Eccleſiarum Poloniæ ad D. LUDOVICUM *Palatinum Rheni Electorem, &c. de concordia & Synodo Evangelicorum declaratio.*

POST conſenſum Sendomirienſem revocanda in memoriam, & ab oblivione vindicanda eſt nobis hiſtoria geſtorum octennio poſt in Comitiis Warſavienſibus: unde cognoſcemus, Eccleſiis Poloniæ non ſuam tantum, ſed & noſtram concordiam ſummæ curæ fuiſſe. Id docebunt litteræ Magnatum & Theologorum ad D. LUDOVICUM VIII. Electorem Palatinum ex dictis Comitiis ſcriptæ in hunc modum in actis Synodicis extantes:

Illustrißimo Principi, Domino LUDOVICO Comiti Palatino Rheni, Electori, &c.

Illustrissime Princeps Elector, &c.



Romtissima studia & officia nostra Illustrissimæ Celsitudini Vestræ deferimus. Intellexinus non sine maximo omnium nostrum dolore, exortas esse graves quasdam dissensiones inter Ecclesias Germaniæ & cæteras.

Ea res vehementer nos commovit, eoque impulit, ut ejusce rei causa ad Illustrissimam Celsitudinem Vestram necessario scribendam putaremus.

Confidimus autem, Illustrissimam Celsitudinem Vestram, uti pium, præcellentemque Principem, pro singulari sua prudentia sedulo perpensurum, quæ & quanta mala eiusmodi intempestivas contentiones, animorumque distractiones, superioribus temporibus in Germania aliisque locis sequuta sint, quæ cum adhuc fere ob oculos versentur, in præsentia commemorare, non necessarium esse ducimus. Et quoniam hæ, recens iterum excitatæ contentiones (quod nos quidem communis Ecclesiæ Dei causa, ex animo dolemus) in grauiora etiam pericula Ecclesias Christi, per plurima regna & provincias dispersas (quæ tamen sub una uniuersalis Ecclesiæ communione censentur) conijcere posse videantur: quemadmodum sane non levia maximorum malorum & periculorum initia ea persentiscere jam incipiunt: siquidem nihil aliud occasionem tam repentinæ in Germania mutationis. & tot præclarissimarum, totoque orbe terrarum celeberrimarum Academiarum eversionis, cœ-

tusque docentium & discentium dissipationis, attulisse videtur: nihil etiam magis adversarios Christi, & perpetuos Ecclesiæ suæ hostes in nos armare posse creditur, quam ea ipsa animorum distractio: Iccirco mature huic tam ingenti præsentissimoq; malo obviam ire, & vulneribus Reipublicæ Christianæ mederi cupientes, ab Illustrissima Celsitudine vestra, in cujus authoritate ad præsens negotium conficiendum plurimum momenti positum esse agnoscimus, maiorem in modum petimus, ut hasce partes inter se dissidentes, pietatis & officii admonere, ad pacis, concordiæ & mansuetudinis studium hortari, atque ad alios etiam Jllustrissimos Romani Jmperii per Germaniam Principes, ut idem quoque exemplo Illustrissimæ Celsitudinis Vestræ adducti, apud suos efficiant, scribere dignetur. Hinc proculdubio futurum speramus, ut naufraganti, & tot infinitis malis laboranti Ecclesiæ optata pax restituatur, & occasio Pontificiis Tyrannidis suæ exercendæ eripiatur.

Quod si vero aliquid forte eiusmodi intercessisse videtur, in quo partibus dissidentibus non bene adhuc conveniat, æquum omnino & consultissimum fore arbitramur, ut omni affectu ex animis deposito, & omissa interim quavis inutili contentione, conventus sive Synodus generalis, convenienti aliquo tempore, certumque in locum, de communi partium consensu & consilio indicatur, ad quam omnes puram, & à fece Pontificiarum traditionum repurgatam profitentes Religionem convocentur, eo frequentes conveniant, compositisque ad concordiam animis, de rebus controversis fraterne invicem transigant. Nos certe, qui regno hoc Polonico, & Magno Ducatu Lithwanico, cæterisque provinciis iisdem adnexis continemur, libenter fatemur, u-

" berrimum nos fructum ex ea Concordia, quam collatis &
" conciliatis tribus fidei confessionibus, Augustana scilicet,
" fratrum Boemorum, & Helvetica, beneficio Dei sancte
" inivimus, summo cum gaudio & animi lætitia percipere,
quam ut Deus Opt. Max. nobis perpetuam esse, & eam-
" dem cæteris quoq; Ecclesiis largiri & tribuere velit, arden-
" tissimis votis eum precamur. QUOD quidem futurum mi-
" nime dubitamus, si Illustrissima Celsitudo Vestra cum a
liis Principibus ad tam pium & necessarium opus perfici
" endum, operam, studium, & diligentiam suam contulerit.
" Id vero ut faciat, etiam atque etiam petimus. Rem etenim
" factura est Illustrissima Celsitudo vestra Deo gratissimam,
Ecclesiæ suæ utilem, & à nobis officiorum & observan-
" tiæ genere promerendam.

" Bene valere Illustrissimam Celsitudinem vestram cupi-
" mus, eandemque Deo Opt. Max. commendamus. Datæ
Warsoviæ in Comitiis regni Poloniæ generalibus, die
" XXVIII. Febr. Anno LXXVIII.

ILL. CELS. V.
addictissimi

PETRUS à SBOROW, *Palatinus ac Capitaneus Generalis Cracoviensis M. P.*

NICOLAUS RADIVIL *Palatinus VVilnensis, &c. M. P.*

JOHANNES VARLO à VENCIN *Palatinus Lublinensis subscripsi.*

NICOLAUS DOROHOSTAYSKY, *&c. Palatinus Polociensis subscripsi.*

STANISLAUS COMES à GORKA *Palatinus Posnaniensis subscripsi.*

OSTA-

OSTAPHEY WOLOWICZ *Podkanclery vvelkoho-Kniazstvva Litovvskoho, Marszalok Zemli VVolinskoie, idest,* OSTAPHIUS WOLOWICZ *Subcancellarius Magni Ducatus Lithvvaniæ, Marescalcus Terræ Wo liniensis.*

ANSHELMUS GOSTOMSKY DE LEZENICZ *Woyevvoda Ravvsky subscripsi.*

HIERONYMUS BUZENSKY DE BUZENIN *Regni Poloniæ Thesaurarius Generalis, suo & aliorum Magnificorum Dominorum Castellanorum, & totius Nobilitatis Patronorum Ecclesiarum Dei reformatarum nomine subscripsi.*

JAN HLEBOWICZ *na Dabrovvnie Kassomiensis re kasvva M. P.*

JOANNES CHRISTOPHORSKY *Castellanus Wielunensis M. P. subsripsi.*

AD ILLUSTRISS. PRINCIPEM LUDOVICUM COMITEM PALATINUM RHENI, ELECTOREM, &c.

Illustrissime Princeps & Dn. Domine clementissime.



NON dubitamus, Illustrissimæ Celsitudini vestræ palam esse, quanto studio filius Dei, Dn. noster & Deus noster, Jesus Christus, amorem fraternum, concordiam & pacem mutuam, suis discipulis & commendet, & præcipiat, ita ut

" id præceptum *novum*, præceptum *ſuum* proprium, ac ſi-
" gnum certum, per quod ſint ipſius diſcipuli agnoſcendi,
" eſſe affirmet, ſi ſe invicem dilexerint. E contra vero graviſ-
ſimo decreto taxat diſcordiam, cum aſſerit: *Omne regnum*
" *inter ſe diviſum deſolatum iri.* Proinde & ſancti apoſtoli me-
" mores mandatorum Domini, licet etiam non omnino
" immunes fuerunt à controverſiis & diſſenſionibus, placi-
do tamen pectore eas componentes, arctiſſimum vinculũ
" pacis inter ſe coluerunt: Et cum exemplo, tum etiam ſcri-
" ptis ſuis nobis ſunt hortatores, ut id certo teneamus, Deũ
" noſtrum non eſſe Deum diſſidiorum, ſed Deum pacis, ad-
" eoque ipſam charitatem. Nec aliud eſſe documentum
" noſtri erga Deum inviſibilem debiti amoris, niſi fratres,
" quos videmus, diligamus: Proinde enitendum nobis eſ-
" ſe, ut idem ſentiamus, ac terra unius labii ſimus. Quod
ſi id nobis (in fundamento quidem conſentientibus)
" contingere non poſſit, ut etiam in ſingulis religionis no-
" ſtræ ſcrupulis idem, eodemque oris tenore loquamur,
" (ſiquidem Spiritus S. varie & libere dona ſua diſtribuit,
" prout & cui vult) monent nos ſacræ literæ, ne invicem
" nos mordeamus (*Nam*, inquit, *conſumemini*) neque tam
" impotenter nobis in proprio ſenſu & donis arrideamus,
" ut ſervos Domini, ſanguine ipſius emtos, condemne-
" mus, ſed alii alios invicem honore prævenientes, alii ali-
" orum onera in charitate portemus, & pro nobis invicem
" oremus. Quare ſi quis contentioſus eſt, *nos non habemus*
" *eum morem, neque Eccleſia Dei 1. Corinth. 11.* Nos inquam, qui
" in his Sarmaticis regionibus gregem Chriſti paſcimus,
" quamvis diverſos præceptores in perdiſcenda una ea-
" demque cœleſti doctrina habuerimus, alii Auguſtanæ,
" alii Bohemicæ, alii Helveticæ confeſſioni, ritibuſque aſ-
ſuefacti & addicti, cum aliquandiu ſibimet quiſque in ſuo

ſenſu

ſenſu placentes, invicem contenderimus, & non illepi- "
dum Antichriſto ſpectaculum præbuerimus: tandem an- "
no ab hinc octavo, tum authoritate Spiritus S. pacem "
concordiam & amorem mutuum ſuadentis, tum etiam "
malis diſcordiæ permoti, omnibus litibus finem impoſui- "
mus, ac contendere iam in more non habemus. Cui con- "
cordiæ & amori mutuo Dominus ita benedicit, ut læti- "
tiam ac fructum inde ſequentem vix verbis ſatis declara- "
re poſſimus. Nam non ſolum illud in noſtris conſcientiis "
ſentimus: *Ecce quam bonum & jucundum, fratres habitare* "
in unum: ſed etiam manifeſte experimur, id Eccleſiæ no- "
ſtræ inter atrociſſimos hoſtes, tam Papiſtas, quam Aria- "
nos verſanti, plurimum conducere ad pacem externam, "
ad ſublationem ſcandalorum, ad ædificationem Eccle- "
ſiæ, & ad repreſſionem ac oppreſſionem hoſtium Filii "
Dei, contra quos conjunctus exercitus Domini, triplici "
acie, quanto concordius, tanto fortius, & præclarius "
contendit. "

SED ne nobis ſolidum de bonis domeſticis gaudium "
maneat, mala externa id efficiunt. Quamvis enim in ge- "
nere Eccleſiis & Academiis Germanicis ac aliarum Na- "
tionum, concordia noſtra exultandi ac nobis congratu- "
landi non immerito cauſam prębuit: Tamen inventi ſunt "
nonnulli, qui pium conſenſum noſtrum perſtringebant. "
Nos vero nihil moti cenſuris humanis, quæ & conſilio "
Spiritus S. & bonis, quæ nos experimur, temere adver- "
ſantur, in eam potius ſpem veniebamus, futurum, ut il- "
li etiam, qui majoribus donis Dei præ nobis ornati eſſe "
cenſeantur, noſtro quoque exemplo invitati, pacem mu- "
tuam cum fratribus, & filiis eiuſdem matris colant, ac "
contentionibus verborum, nihil ædificantibus, pluri- "
mum vero nocentibus, valedicant. Porro contrarium "

eveniſſe, magnaque mala diſcordiam ſequuta eſſe, res ipſa triſtiſſime loquitur. Et veremur, ne etiam peiora ſequantur, ſi quipiam fratres Apoſtolicam ſibi in domum DOMINI uſurparent authoritatem, cleroq; & conſcientiis ac fidei conſervorum ſuorum contra præcepta & exempla Apoſtolica dominari vellent: Quod Deus avertat. Meliora enim de fratribus nobis promittimus.

Nos igitur ut ipſimet hic, in ampliſſimo Regno Poloniæ, Magnoque Ducatu Lithwaniæ, mutua pace & concordia gaudemus, ſic etiam qui in cæteris regnis ac nationibus in fundamento fidei nobiſcum conſentiunt, homines pacificos amamus, & cum illis ſanctam ſocietatem amplectimur.

PROINDE hic ad comitia Warſchavienſia nunc congregati, habita accurata deliberatione in re tanti momenti, ad Illuſtriſſ. C. V. una cum Dominis ac patronis noſtris ſuppliciter ſcribimus, per Deum vivum rogantes, & per terribile judicium ipſius obteſtantes, ut Illuſtr. C. V. cum cæteris Eccleſiæ Dei nutritoribus, communi opera & conſilio, dignetur mederi illis vulneribus, quæ ſunt iam Eccleſiæ Dei graviſſime inflicta, & occurrere illis, quæ imminere videntur: ac id totis viribus pro ſingulari ſua prudentia & pietate agere, ut pro hoc triſtiſſimo ſchiſmate, ſorte converſa, eo maior concordia & pax communis omnibus Evangelicis Eccleſiis oriatur & confirmetur. Ad quam concordiam cum plurimum conferre poſſit Generalis Evangelica Synodus: Proinde & ſuademus & rogamus, ut Illuſtriſſima C. V. communicato conſilio cum cæteris Illuſtriſſ. Germaniæ & Reipubl. Chriſtianæ Principibus Evangelicis, locum & tempus ad talem univerſalem conventum aſſignare dignetur. Quo etiam pollicemur nos venturos promte, & daturos piam operam,

ut non modo Germanicis, ſed omnibus in mundo Eccle- "
ſiis Evangelicis, talis concordia, pax, amor mutuus & feli- "
citas affulgeat, & auxilio Filii Dei ac Spiritus eius firme- "
tur, quæ Deo & angelis eius ſit grata, nobis læta & ſaluta- "
ris, hoſtibus vero omnibus, tanquam inſtructa fortiſſimo- "
rum caſtrorum acies, terribilis. "

His nos & officia vocationis noſtræ, favori Illuſtriſſ. C. "
V. ſedulo commendamus. Dat. Warſchaviæ Febr. die x. "
Anno Domini M. D. LXXVIII. "

ILLUSTRISS. CELS. VESTRÆ
addictiſſimi

Servi Ieſu Chriſti, Miniſtri Evangelici in regno Poloniæ, &c.

ERASMUS GLIZNERUS
BARTHOLOMÆUS CROSSIUS } *Eccleſiæ Dei Confeſſionis Auguſtanæ in maiori Polonia Superintendentes.*

PAULUS GILIOVIUS *Superintendens diſtrictus Cracovienſis, ſuo & omnium Superintendentium ac miniſtrorum in Minori Polonia Ruſſia, Podolia, Eccleſiarum reformatarum Confeſſionis Sendomirienſis nomine M. P. ſign.*

ANDREAS PRASMOWICZ *Superintendens diſtrictus Cujavienſis, ſuo & omnium Superintendentium ac miniſtrorum in Majori Polonia, ac Magno Ducatu Lithvvaniæ, Eccleſiarum Reformatarum confeſſionis Sendomirienſis nomine M. P.*

SIMEON THEOPHILUS (*alias* BOGOMIL) *Ieſu Chriſti Miniſter* LUTHOMIRSKY *ſuorum Senio-*

rum, Superintendentium, GEORGII JSRAELIS *&* JOHANNIS LAURENTII *cæterorumque Seniorum, ac omnium ministrorum Confessionis Fratrum Bohemorum, & suo nomine M. P. subscripsit.*

HIS LITERIS, quibus tum Magnates tum Pastores Ecclesiarum Evangelicarum in Polonia consensum suum constanter testati sunt, & commoda ingentia concordiæ suæ grato in Deum pectore prædicarunt, & denique Illustriss. Electorem Palatinum, ut concordiam inter Germaniæ dissidentes Evangelicorum partes tentaret & procuraret, suppliciter orarunt; Illustrissima C. Eius hunc in modum breviter respondit.

LUDOVICUS DEI GRATIA COMES PALATINUS RHENI, SACRI ROMANI JMPERII ARCHIDAPIFER & Elector, &c.

SALUTEM, & rerum vestrarum felicem progressum vobis precamur Viri humanissimi; ex literis vestris decimo Mensis Februarii ex comitiis Warsaviensibus ad nos datis, per quam libenter intelleximus, vos invicem remotis contentionibus, pacem sanctam & amorem mutuum fovere, & conjunctis viribus salutem & ædificationem Ecclesiarum, nec non repressionem hostilium intentionum quærere. Quæ concordia, ut omnibus, qui Christiano nomine gaudent, & veræ pietatis cultores esse volunt, necessaria, ita maxime in ministris, qui curam cœterorum gerunt,

unt,requirenda & laudanda est. QUAPROPTER & Ec- "
clesiis vestris & vobis gratulamur, & felicitatem il am à "
Deo concessam perpetuam esse cupimus.

QUÆ de distractionibus cæterarum Ecclesiarum ad- "
unxistis, est quod doleamus. Speramus autem fore, ut ex "
ingulari Dei commiseratione eadem sancta pace, & con- "
cordia mutua, iisdem etiam in his & aliis regionibus frui "
iceat. Quod si ad obtinenda hæc conventu aliquo vel "
Synodo opus fuerit, huius vestri scripti memores erimus. "
Deus Opt. Max labores vestros secundet, & tranquillita- "
em Ecclesiis diuturnam largiatur, &c. "


Conferatur quæso Theologorum illorum conatus, qui
: tunc Sendomiriensem consensum sugillabant, & ho-
die manibus pedibusque pacem impediunt, cum pacifi-
o tanti Principis affectu. Utinam votum eius tam pium,
am sanctum tandem aliquando impleant laudatissimi
Germaniæ Principes!

OSTENDI hactenus schismatis Evangelicorum cu-
andi medicinam optimam Synodum Generalem: Dum
ero ea cogi possit, tolerantiam mutuam necessariam es-
:. DEINCEPS remoræ pacis minuendæ ac removendæ
eniunt.

CAPUT XXIV.

Ponderatur eorum sentẽtia, qui potius, ut cum Antichristo Romano, eiq; addictis, quam cum reformatis Ecclesiis sese conjungant, Principibus suis suadere non dubitant.

TANTA



ANTA est quorundam adversæ partis Theologorum, nescio κακοήθεια dicam, an ἀῤῥωστία & incogitantia hoc tempore: ut potius cum Papistis, capitalibus Evangelii hostibus, contra reformatas Ecclesias, quam cum his adversus Papistas sincerissimum faciendum, familiariter conversandum, societatem colendam, plusque Papistis, quam Calvinistis, quos vocare solent, fidendum esse, palam scribere, suisque suadere non erubescant. Cuius quidem tam stolidi quam perniciosi consilii, de lupina hac amicitia rationes duas quidam sibi visus est attulisse admodum plausibiles: Unam THEOLOGICAM, *quod Luheranorum doctrina plus affinitatis habeat cum doctrina Romanistarum* (sic honoris causa vocat Papistas) *quam cum doctrina Calvinistarum.* Hem novos amicos, quorum affinitati LUTHERUS, si viveret, manibus pedibusque, nisi fallor, applauderet. Alteram POLITICAM, *quod Papa Rom. Imperii defensione adversus Antichristum Orientalem, Turcam, vires suas conferat: & pace Religionis in Imperio sit comprehensus: Lutherani itidem* (Principes & Proceres) *in tuendo Imperio adversus Turcam, Imp. Rom. fidelem operam navent: Contra Calviniani* (Principes & Proceres) *pacem Religionis perforare studio habeant: Rom. Imperatori adversus Turcicum Tyrannum opem ferre recusent: consiliis suis corpus Imperii non sanare, sed lacerare attentent: quidam eorum magis Turcæ, quam Rom. Imperatori sese associent: universis denique Antichristus Orientalis Turca in corde sedeat, &c.*

Polycar. Præfat. in Catech.

Quæ tam luculenta præconia (non dicam tam capitales diffamationes) utrum Calviniani, quos vocat, Principes & Proceres ad animum aliquando revocare jure possint & debeant, ipsorum erit cogitare. Haud nostrum

est,

eſt, fateor, tantas componere lites, cauſamque diſquirere, pro noſtro, an pro ſuo SACRO IMPERIO Papa Rom. contra Turcam, Antichriſtus contra Antichriſtum, diabolus contra diabolum, vires conferat: pacem bene an ſecus cum Lutherana religione colat, quam alioqui, ut nefandam hæreſin, execratur, cui nulla ſit danda pax, nulla ſervanda fides: Calviniani an & Lutherani ordines fuerint, qui non Turcis pellendis, ſed Chriſtianis Lutheranis Calvinianiſque lædendis, opprimendis: nec non inſatiabili Centurionum quorundam avaritiæ explendæ pecunias ſuas profundere tardaverunt. Calvinianis denique Antichriſtus Orientalis (quem illi toto pectore execrantur) an Lutheranis iſtis occidentalis Antichriſtus (cujus amicitiam iſti adeo ambiunt) intus & in corde ſedeat? Superant hæc captum meum: & meo quidem judicio à Theologorum ſtylo nimis ſunt aliena: prudentes ergo & pii viri conſiderabunt, ſitne hæc legitima, an pucide conficta cauſa, cur ſeſe Antichriſto Romano contra reformatas Eccleſias aſſociare, pluſque fidere velint aut debeant PAPÆ, fidem juratam hæreticis Evangelicis ſervandam eſſe neganti.

PRIOR ratio Theologica diſcutienda paucis videtur, an ſit vera & ſolida. Procedit ea ex hoc principio.

Quibus magis affines doctrina ſunt Lutherani: iis magis fidere & conſociare ſe debent.

At magis affines doctrina ſumus Papiſtis, inquit ille, quam Calviniſtis.

Magis igitur Papiſtis fidere, & conſociare nos debemus, quam Calviniſtis.

MIRUM vero, ſi Antichriſtus Rom. cum ſuis purpuratis & Jeſuitis hic in ſinum non rideat. *Propoſitio* bene habet. Fatemur enim, eam demum amicitiam ſolidam

veramque esse, quæ religionis glutine jungitur. Mox vero propositio hæc stabit pro nobis. *Assumtio* turpitudinem Lutheranorum allegat. Quid enim turpius, quam doctrina multum affinem esse ANTICHRISTO, perditionis filio: à quo Spiritus sanctus procul recedere pios jussit: & à quo Lutheranos doctrina & fide sua secessionem fecisse ipse paulo ante eadem præfatione dixerat? Propriam vero turpitudinem allegantì quis fidem habeat? Audiamus tamen & videamus novam, hanc affinitatem.

Docent, inquit, *utrique Lutherani & dicti Catholici unanimiter:*

1 *Quod Deus sit omnipotens, & possit omnia.*

2 *Quod lapsum Adæ non voluerit.*

3 *Quod peccata flagitia & scelera, quæ lege vetat, etiam hodie non velit.*

4 *Quod infantes concipiantur & nascantur in peccato: & ideo, quoad primam generationem extra fœdus Dei existant.*

5 *Quod Deus totius mundi peccata in Christum conjecerit: & quod is, ut agnus immaculatus, omnia vere portaverit, & satisfactione expiaverit.*

6 *Quod promissiones gratiæ Evangelii sint universales, & ad omnes homines pertineant: quodque apud Deum non sit* προσωποληψία.

7 *Quod Christus secundum utramque naturam miracula ediderit, mortuos suscitaverit.*

8 *Quod etiam secundum utramque naturam Spiritum sanctum mittat & donet.*

9 *Quod in totum Christum sit credendum, & totus sit adorandus.*

10 *Quod Baptismus salvos faciat.*

11 *Quod absolutio vere conferat remissionem peccatorum.*
12 *Quod Cæna Domini veraciter dispenset essentiale corpus & sanguinem Christi.*
13 *Quod Christus novissimo die secundum utramque naturam mortuos sit suscitaturus, judicaturus, cælum novum & terram novam in qua habitabit justitia, creaturus.*
14 *Quod oracula veteris Testamenti de Christo, de eodem sint intelligenda.*
15 *Quod genua in nomine Iesu sint flectenda.*
16 *Quod denique religioni sibi ducunt, religionem suam libere non profiteri.*

CALVINISTÆ *vero*, inquit, *in his omnibus tenent contrarium.*

1 *Quod Deus non sit omnipotens, nec omnia possit.*
2 *Quod lapsum Adæ voluerit.*
3 *Quod reproborum & damnatorum peccata & damnationem velit.*
4 *Quod liberi Calvinistarum sancti & in fœdere ex Christianis nascantur.*
5 *Quod Deus tantum electorum peccata in Messiam coniecerit: & Christus pro his solis satisfecerit.*
6 *Quod promissiones gratiæ Evangelii sint particulares ad solos electos pertinentes.*
7 *Quod Christus tantum secundum Deitatem miracula ediderit: humanitate non plus conferente ad ea, quam baculo Mosis.*
8 *Quod sola etiam Deitate Spiritum sanctum donet.*
9 *Multi eorum credunt in solam Deitatem, eamque solam invocant.*
10 *Habent Baptismum sine salute.*

11 *Absolutionem sine remissione peccatorum.*

12. *Cœnam absque corpore & sanguine Christi.*

13 *Quod Deitas sit suscitatura mortuos & judicatura, cælum novum, & terram novam creatura: humanitate nihil cum his negotij habente.*

14 *Oracula veteris Testamenti aliter quam de Christo interpretantur, & Arianis atque Iudæis patrocinantur.*

15 *Non flectunt genua in nomine Iesu, sed rigent ut stipites.*

16 *Abnegant religionem suam, ut nescias, quid credant: ceremoniarum, & omnis ἀταξίας jurati hostes: denique pacis publicæ perturbatores.*

Sic nimirum consultor ille una fidelia, quod dicitur, duos parietes dealbavit, hoc est, Papistis palpum obtrusit, & Calvinistis nigrum theta inscripsit: Sed falso utrumque. *Papistæ* enim & *Lutherani* aut non consentiunt in his omnibus: aut consentiunt in errore: aut non dissentiunt ab Orthodoxis, quos iste vocat, Calvinistis: quod brevissime sic demonstratur.

Articulus I. *Quod Deus non sit omnipotens nec omnia possit*, gravis injuria est ex ignorantia vel malitia. Nescit vel nescire vult accusator *quod Deus sit omnipotens*, esse principium immutabile tam naturalium quam Theologorum: de quo inter homines sanos nulla possit esse dissensio vel dubitatio. Sic etiam, *quod omnia possit, quæ sunt potentiæ.* Quod vero quædam non potest, quæ sunt impotentiæ, ut peccare, mentiri, mori, contradictoria simul velle aut facere (quale est quod de corpore Christi simul finito & infinito asseritur) virginem post ruinam suscitare, denique seipsum negare, &c. tantum abest ut propterea non sit omnipotens, *ut ideo Deus hæc non possit, quia est omnipotens*, inquit Augustinus: *si vero hæc posset, omnipotens*

Lib. 5 de Civit. Dei. cap. 10.

non

non esset. Hoc scriptura docet hoc Patres docent: hoc Calvinistę, quos vocat. docent. Si diversum *Lutherani* & *Papistæ* sentiunt, in manifesto errore consentiunt. Qui Calvinistas secus docere dicunt, verum non dicunt.

ARTICULO II. & III. si *Lutherus* & *Papistæ* sentiunt, Deum Adæ lapsum ignorasse, vel otiose spectasse, & sic peccata alia, quæ fiunt in mundo ignoranter vel otiose permittere: consentiunt in errore, pugnante cum Scriptura & doctrina LUTHERI. Si vero sentiunt, Deum Adæ lapsum, ut lapsum seu peccatum, & subsequentia peccata ut peccata, non voluisse, aut velle, hoc est, non approbasse, aut approbare, scivisse tamen, & volentem permisisse, atque permittere decrevisse, cum impedire potuisset & posset: insuper ordinare, disponere (verbo *disponendi, ordinandi* b Augustinus & ipse liber Concordiæ utitur) determinare atque dirigere ad certos fines sibi gloriosos, Ecclesiæ salutares: idem prorsus Calvinistæ sentiunt: & sic illi à Calvinistis non dissentiunt. Quod vero doceamus: Deum Adami lapsum, ut lapsum, voluisse, hoc est, approbasse, & peccata, ut peccata, velle, hoc est, approbare, falsum est. Sic enim sentienti, docenti, nos dicimus anathema Et hic igitur fit nobis injuria.

a Aug. l. 14 de Civit. Dei ca 11. De corrupt. & grat. cap. 10.

ARTICULUM IV. *quod liberi Christianorum in peccato originali concipiantur & nascantur*, nemo, nisi Paganus aut Pelagianus, negat: quia Scriptura palam affirmat, Job 14. 4. Psalm. 51. 7. Rom. 5. 12. Eph. 2. 1. &c. Quod nascantur sancti, hoc est, sine peccato Originis: nemo etjam, nisi Pelagianus, affirmat contra Scripturam. Quod vero nascantur sancti ex sanctis, hoc est, Christiani ex Christianis, sicut Mahumetani ex Mahumetanis, Judæi ex Judæis, Ethnici ex Ethnicis, cives ex civibus, liberi ex liberis, servi ex servis (sanctitatem intelligendo non de

[a Rom. 11. 6. b 1. Cor. 7. 4.] habitu virtutis, sed de jure fœderis sentiunt, credunt, docent Orthodoxi cum Apostolo dicente: a *Si radix sancta, etiam rami sancti*, hoc est, segregati à mundo, fœderati Deo: b. *Alioqui liberi vestri essent immundi*, hoc est Ethnici: *nunc autem sunt sancti*, hoc est, Christiani, Ecclesiæ cives: licet altero tantum parente Christiano nati. Si contrarium *Papistæ* & *Lutherani* sentiunt, in errore contra Apostolum consentiunt.

Articulus V. *Quod Christus pro solis electis satisfecerit:* λογομαχία est, vel falsa accusatio. Omnium peccata Christus portavit, dissolvit, expiavit: si magnitudi-[c. 1. Iohā. 1. 29. Ioh. 8. 24.] nem pretii seu λύτρου sufficientiam spectemus: Non omnium, sed tantum fidelium: si λύτρου efficaciam, fructum, applicationem consideremus. Sic enim scriptura: c *Ecce,* [d Ambr. de fide ad Grat. l. 4 cap. 1.] *agnus Dei, qui tollit peccata mundi.* Et tamen: *Si non credideritis, moriemini in peccatis vestris.* Sic Ambrosius d: [e Innocēt. lib. 2. ca. 4. de myst. Miss.] *Si non credis, Christus tibi non passus est.* Sic Innocentius Papa: e *Pro solis prædestinatis effusus est Christi sanguis, quantum ad efficientiam: sed pro omnibus hominibus effusus est, quan-* [f Lyra in 1. Ioha. 2.] *tum ad sufficientiam.* Sic Lyra: f *Est propitiatio pro peccatis totius mundi, quantum ad sufficientiam: sed pro electis* TANTUM, *quantum ad efficaciam.* Juxta hunc intellectum nulla est dissensio. Si aliter *Papistæ* & *Lutherani* sentiunt, contra scripturam & totam vetustatem in errore consentiunt.

Articulus VI. itidem λογομαχία est, vel falsa ac-[g Marc. 16. 16. h Marc. 1. 15.] cusatio. Promissiones gratiæ sunt universales, pertinentque ad omnes, quoad prædicationem, invitationem & mandatum credendi: g *Prædicate omni creaturæ:* h *Agite pœnitentiam, credite Evangelio.* Ad solos vero credentes pertinent, quo ad applicationem, efficaciam & fru-

ꝺum: quia ſoli credentes fide ſibi eas applicant, effe- *a Ioh 3. 1[6]*
ꝺum & fruꝺum earum percipiunt, juxta illud: a *Vt o- b Gal. 3*
mnis, qui credit in eum, non pereat: b *Vt promiſſio ex fide da-
retur credentibus.* Seu: pertinent ad omnes, ſi credant: non ad omnes, ſi non credant. Si contra illi volunt, pertinere ad omnes ſimpliciter, ſive credant, ſive non (ut quidam eorum ſcripſit) conſpirant in errore contra Evangelicam veritatem. Qui vero dicit, apud Deum eſſe προσωποληψίαν, vel ideo, quod alios donat fide, alios non donat, prout vult, Deum accuſat προσωποληψίας, anathema ſit.

Articulo VII. VIII. XIII. mirum, qua conſcientia ad conſenſum Papiſtarum cenſor provocare poſſit: cum palam ſit, hos articulos pendere ex hypotheſi ubiquitatis, quam Papiſtæ jam pridem ex profeſſo negarunt refutarunt. Videatur *Bellarminus Tom. 1. Controv. 2. generali* de Christo per totum, cumprimis *lib. 3. cap. 12. & lib. 5. cap. 8.* Sic igitur lector habeat, ſi ſentit cenſor, Chriſtum ſecundum utramque naturam edidiſſe miracula, dare Spiritum ſanꝺum, extremo die judicaturum arcana cordium: Deitatis quidem operatione formali: carnis vero ſeu humanitatis concurrente cooperatione, hoc eſt, voluntate, voce & imperio, ita, ut verbum Chriſti exempli gratia: *Lazare veni foras*: vere ſit omnipotens verbum: formaliter fluens ab humanitate quidem, qua verbum: à divinitate vero, qua omnipotens: juxta declarationem c Hieronymi d Cyrilli, e Leonis, &c. qui dicunt: *Agit in Chriſto utraque forma cum communione alterius, quod ei eſt proprium: verbo ſcilicet operante, quod verbi eſt, & carne exſequente, quod carnis eſt*: ſi inquam, cenſor ſic ſentit: diſſenſionem à nobis fruſtra comminiſcitur. Nunquam enim inter Evangelicos dubitatum fuit, an

c Hier. ad Paul & Euſtach. de ſeru. virg. d Theſau. li 10 ca. 3 e Leo ad Flavian ca 4.

ἀποτα

ἀποτελέσματα Mediatoris convenirent eius personæ, secundum utramque naturam, unaquaque nimirum operante in illis, quod sibi est proprium, cum communione alterius.

Si vero ex hypothesi UBIQUITARIA vult, omnipotentiam fluere ab utraque Christi natura, non solum ratione propositi, sed ut à gemino formali principio, frustra cum Papistis consensum vendicat: quos grauissimos in hoc adversarios habet.

DENIQUE Christum SOLA Divinitate miracula edidisse, Spiritum sanctum dare, mortuos suscitaturũ esse, nihil humanitate cooperante: aut falso aut sophistice obiicitur. Si enim SOLA intelligit de principio formali, falsum dicit: quia Papistę non sentiunt cum ipsis, sed nobiscum: Si de Deitatis existentia solitaria, vel de cooperationis carni competentis exclusione: facit nobis injuriam: quia hoc non sentimus.

ARTICULUM IX. *quod in totum Christum sit credendum, & totus Christus sit adorandus*, nunquam auditum est inter Evangelicos esse controversum. De humanitatis adoratione in abstracto quidam nostrum: quibusdam Ubiquitariis contradixerunt cum Cyrillo dicente: a *NULLI prorsus NATURÆ, præterquam Dei adorationem à Scriptura contribui*: Et: *In Christo Divinitatem adorabilem, Humanitatem vero naturam adorantem esse.* Quod vero quisquam nostrum in SOLAM credat Divinitatem, SOLAMVE invocet, aut sic credendum & invocandum esse doceat: par superiori injuria est. Omnes enim ut una fide in totum Christum Deum & hominem credimus: ita una adoratione totum adoramus: quantumvis ut fide, sic adoratione naturas in Christo, secundum scripturas, discernamus. Sicut enim credimus, sic invocamus.


a *Cyrill. Thes. l. 2. c. 1. Et de recta fide ad Theod. li. 1.*

ARTI-

ARTICULO X. *Quod baptiſmus ſalvos faciat:* Lutherani cum Papiſtis minime conſentiunt. *Papiſtæ* enim credunt, quod Baptiſmus nos ſalvos faciat ex opere operato: quod tollat concupiſcentiam, ut non ſit peccatum : quorum neutrum credunt *Lutherani.* Quod nos habeamus Baptiſmum ſine ſalute incluſa in elemento aquæ, fatemur. Talis enim Baptiſmus nullus eſt, in cujus aqua ſalus incluſa lateat. Quod habeamus baptiſmum ſine ſalute ſimpliciter, injuria eſt. Credimus baptiſmum nos ſalvos facere ſacramentaliter, h. e. eſſe ſalutis ſanguine Chriſti nobis paratæ ſacramentum. Si vero neq; hunc noſtrum, neq; illum Papiſtarum ſenſum probat cenſor : quomodo ſalutem in ſuo baptiſmo habeat, exponat nobis ex verbo Dei, & credemus. Nullus certe datur medius ſenſus.

ARTICULO XI. Papiſtæ & Lutherani δὶς διὰ πασῶν diſſentiunt. Papiſtæ enim abſolutionem faciunt ſacramentum proprie dictum: omnium peccatorum enumerationem ad eam requirunt: remiſſionem peccatorum ex opere operato ei alligant : quorum nihil cenſor probaverit. Mirus ergo hic cenſoris cum Papiſtis conſenſus. LUTHE- *Lutherus*
RUS abſolutionem privatam liberam facit, & nos liberam *Tom. 5.*
facimus. Publicam abſolutionem ceu vocem Evangelii *Ien. art. Aug. 11.*
ſolam neceſſariam ducimus, & retinemus. Qui contrarium de nobis dicit, falſum dicit.

ARTICULO XII. *quod cœna Domini veraciter diſpenſet Corpus Chriſti*, etſi ambigue dicitur, nemo tamen id abſolute negare poteſt, cum Chriſtus panem, qui veraciter in cœna diſpenſatur, corpus ſuum pro nobis traditum appellet. In modo cenſor non magis cum Papiſtis conſenit, quam cum Calviniſtis. *Papiſtæ* ſtatuunt, corpus Chriſti adeſſe & diſpenſari in cœna per modum tranſſubſtantiationis, evaneſcente panis ſubſtantia. Negat hoc cenſor, &



ANTA est quorundam adversæ partis Theologorum, nescio κακοήθεια dicam, an ἀφροσύνῃ & incogitantia hoc tempore: ut potius cum Papistis, capitalibus Evangelii hostibus, contra reformatas Ecclesias, quam cum his adversus Papistas sincerissimum faciendum, familiariter conversandum, societatem colendam, plusque Papistis, quam Calvinistis, quos vocare solent, fidendum esse, palam scribere, suisque suadere non erubescant. Cuius quidem tam stolidi quam perniciosi consilii, de lupina hac amicitia rationes duas quidam sibi visus est attulisse admodum plausibiles: Unam THEOLOGICAM, *quod Luheranorum doctrina plus affinitatis habeat cum doctrina Romanistarum* (sic honoris causa vocat Papistas) *quam cum doctrina Calvinistarum.* Hem novos amicos, quorum affinitati LUTHERUS, si viveret, manibus pedibusque, nisi fallor, applauderet. Alteram POLITICAM, *quod Papa Rom. Imperii defensione adversus Antichristum Orientalem, Turcam, vires suas conferat: & pace Religionis in Imperio sit comprehensus: Lutherani itidem* (Principes & Proceres) *in tuendo Imperio adversus Turcam, Imp. Rom. fidelem operam navent: Contra Calviniani* (Principes & Proceres) *pacem Religionis perforare studio habeant: Rom. Imperatori adversus Turcicum Tyrannum opem ferre recusent: consiliis suis corpus Imperii non sanare, sed lacerare attentent: quidam eorum magis Turcæ, quam Rom. Imperatori sese associent: universis denique Antichristus Orientalis Turca in corde sedeat, &c.*

Polycar. Præfat. in Catech.

Quæ tam luculenta præconia (non dicam tam capitales diffamationes) utrum Calviniani, quos vocat, Principes & Proceres ad animum aliquando revocare jure possint & debeant, ipsorum erit cogitare. Haud nostrum

est,

est, fateor, tantas componere lites, causamque disquirere, pro nostro, an pro suo SACRO IMPERIO Papa Rom. contra Turcam, Antichristus contra Antichristum, diabolus contra diabolum, vires conferat: pacem bene an secus cum Lutherana religione colat, quam alioqui, ut nefandam hæresin, execratur, cui nulla sit danda pax, nulla servanda fides: Calviniani an & Lutherani ordines fuerint, qui non Turcis pellendis, sed Christianis Lutheranis Calvinianisque lædendis, opprimendis: nec non insatiabili Centurionum quorundam avaritiæ explendæ pecunias suas profundere tardaverunt. Calvinianis denique Antichristus Orientalis (quem illi toto pectore execrantur) an Lutheranis istis occidentalis Antichristus (cujus amicitiam isti adeo ambiunt) intus & in corde sedeat? Superant hæc captum meum: & meo quidem judicio à Theologorum stylo nimis sunt aliena: prudentes ergo & pii viri considerabunt, sitne hæc legitima, an pucide conficta causa, cur sese Antichristo Romano contra reformatas Ecclesias associare, plusque fidere velint aut debeant PAPÆ, fidem juratam hæreticis Evangelicis servandam esse neganti.

PRIOR ratio Theologica discutienda paucis videtur, an sit vera & solida. Procedit ea ex hoc principio.

Quibus magis affines doctrina sunt Lutherani: iis magis fidere & consociare se debent.

At magis affines doctrina sumus Papistis, inquit ille, quam Calvinistis.

Magis igitur Papistis fidere, & consociare nos debemus, quam Calvinistis.

MIRUM vero, si Antichristus Rom. cum suis purpuratis & Jesuitis hic in sinum non rideat. *Propositio* bene habet. Fatemur enim, eam demum amicitiam solidam

veramque esse, quæ religionis glutine jungitur. Mox vero propositio hæc stabit pro nobis. *Assumtio* turpitudinem Lutheranorum allegat. Quid enim turpius, quam doctrina multum affinem esse ANTICHRISTO, perditionis filio: à quo Spiritus sanctus procul recedere pios jussit: & à quo Lutheranos doctrina & fide sua secessionem fecisse ipse paulo ante eadem præfatione dixerat? Propriam vero turpitudinem alleganti quis fidem habeat? Audiamus tamen & videamus novam hanc affinitatem.

Docent, inquit, *utrique Lutherani & dicti Catholici unanimiter:*

1 *Quod Deus sit omnipotens, & possit omnia.*

2 *Quod lapsum Adæ non voluerit.*

3 *Quod peccata flagitia & scelera, quæ lege vetat, etiam hodie non velit.*

4 *Quod infantes concipiantur & nascantur in peccato: & ideo, quoad primam generationem extra fœdus Dei existant.*

5 *Quod Deus totius mundi peccata in Christum conjecerit: & quod is, ut agnus immaculatus, omnia vere portaverit, & satisfactione expiaverit.*

6 *Quod promissiones gratiæ Evangelii sint universales, & ad omnes homines pertineant: quodque apud Deum non sit* προσωποληψία.

7 *Quod Christus secundum utramque naturam miracula ediderit, mortuos suscitaverit.*

8 *Quod etiam secundum utramque naturam Spiritum sanctum mittat & donet.*

9 *Quod in totum Christum sit credendum, & totus sit adorandus.*

10 *Quod Baptismus salvos faciat.*

11 *Quod absolutio vere conferat remissionem peccatorum.*
12 *Quod Cœna Domini veraciter dispenset essentiale corpus & sanguinem Christi.*
13 *Quod Christus novissimo die secundum utramque naturam mortuos sit suscitaturus, judicaturus, cœlum novum & terram novam in qua habitabit justitia, creaturus.*
14 *Quod oracula veteris Testamenti de Christo, de eodem sint intelligenda.*
15 *Quod genua in nomine Iesu sint flectenda.*
16 *Quod denique religioni sibi ducunt, religionem suam libere non profiteri.*

CALVINISTÆ *vero*, inquit, *in his omnibus tenent contrarium.*

1 *Quod Deus non sit omnipotens, nec omnia possit.*
2 *Quod lapsum Adæ voluerit.*
3 *Quod reproborum & damnatorum peccata & damnationem velit.*
4 *Quod liberi Calvinistarum sancti & in fœdere ex Christianis nascantur.*
5 *Quod Deus tantum electorum peccata in Messiam coniecerit: & Christus pro his solis satisfecerit.*
6 *Quod promissiones gratiæ Evangelii sint particulares ad solos electos pertinentes.*
7 *Quod Christus tantum secundum Deitatem miracula ediderit: humanitate non plus conferente ad ea, quam baculo Mosis.*
8 *Quod sola etiam Deitate Spiritum sanctum donet.*
9 *Multi eorum credunt in solam Deitatem, eamque solam invocant.*
10 *Habent Baptismum sine salute.*

11 *Absolutionem sine remissione peccatorum.*
12. *Cœnam absque corpore & sanguine Christi.*
13 *Quod Deitas sit suscitatura mortuos & judicatura, cœlum novum, & terram novam creatura: humanitate nihil cum his negotij habente.*
14 *Oracula veteris Testamenti aliter quam de Christo interpretantur, & Arianis atque Iudæis patrocinantur.*
15 *Non flectunt genua in nomine Iesu, sed rigent ut stipites.*
16 *Abnegant religionem suam, ut nescias, quid credant: ceremoniarum, & omnis εὐταξίας jurati hostes: denique pacis publicæ perturbatores.*

SIC nimirum consultor ille una fidelia, quod dicitur, duos parietes dealbavit, hoc est, Papistis palpum obtrusit, & Calvinistis nigrum theta inscripsit: Sed falso utrumque. *Papistæ* enim & *Lutherani* aut non consentiunt in his omnibus: aut consentiunt in errore: aut non dissentiunt ab Orthodoxis, quos iste vocat, Calvinistis: quod brevissime sic demonstratur.

ARTICULUS I. *Quod Deus non sit omnipotens nec omnia possit*, gravis injuria est ex ignorantia vel malitia. Nescit vel nescire vult accusator *quod Deus sit omnipotens*, esse principium immutabile tam naturalium quam Theologorum: de quo inter homines sanos nulla possit esse dissensio vel dubitatio. Sic etiam, *quod omnia possit, quæ sunt potentiæ*. Quod vero quædam non potest, quæ sunt impotentiæ, ut peccare, mentiri, mori, contradictoria simul velle aut facere (quale est quod de corpore Christi simul finito & infinito asseritur) virginem post ruinam suscitare, denique seipsum negare, &c. tantum abest ut propterea non sit omnipotens, *ut ideo Deus hæc non possit, quia est omnipotens*, inquit Augustinus: *si vero hæc posset, omnipotens*

Lib. 5 de Civit. Dei. cap. 10.

non

non esset. Hoc scriptura docet hoc Patres docent: hoc Calvinistę, quos vocat. docent. Si diversum *Lutherani* & *Papistæ* sentiunt, in manifesto errore consentiunt. Qui Calvinistas secus docere dicunt, verum non dicunt.

ARTICULO II. & III. si *Lutherus* & *Papistæ* sentiunt, Deum Adæ lapsum ignorasse, vel otiose spectasse, & sic peccata alia, quæ fiunt in mundo ignoranter vel otiose permittere: consentiunt in errore, pugnante cum Scriptura & doctrina LUTHERI. Si vero sentiunt, Deum Adæ lapsum, ut lapsum seu peccatum, & subsequentia peccata ut peccata, non voluisse, aut velle, hoc est, non approbasse, aut approbare, scivisse tamen, & volentem permisisse, atque permittere decrevisse, cum impedire potuisset & posset: insuper ordinare, disponere (verbo *disponendi, ordinandi* b Augustinus & ipse liber Concordiæ utitur) determinare atque dirigere ad certos fines sibi gloriosos, Ecclesiæ salutares: idem prorsus Calvinistæ sentiunt: & sic illi à Calvinistis non dissentiunt. Quod vero doceamus: Deum Adami lapsum, ut lapsum, voluisse, hoc est, approbasse, & peccata, ut peccata, velle, hoc est, approbare, falsum est. Sic enim sentienti, docenti, nos dicimus anathema Et hic igitur fit nobis injuria.

b *Aug. l. 14 de Ci vit. Dei ca 11. De corrupt. & grat. cap. 10.*

ARTICULUM IV. *quod liberi Christianorum in peccato originali concipiantur & nascantur*, nemo, nisi Paganus aut Pelagianus, negat: quia Scriptura palam affirmat, Job. 14. 4. Psalm. 51. 7. Rom. 5. 12. Eph. 2. 1. &c. Quod nascantur sancti, hoc est, sine peccato Originis: nemo etjam, nisi Pelagianus, affirmat contra Scripturam. Quod vero nascantur sancti ex sanctis, hoc est, Christiani ex Christianis, sicut Mahumetani ex Mahumetanis, Judæi ex Judæis, Ethnici ex Ethnicis, cives ex civibus, liberi ex liberis, servi ex servis (sanctitatem intelligendo non de

habitu virtutis, sed de jure fœderis sentiunt, credunt, docent Orthodoxi cum Apostolo dicente: a *Si radix sancta, etiam rami sancti*, hoc est, segregati à mundo, fœderati Deo: b. *Alioqui liberi vestri essent immundi*, hoc est Ethnici: *nunc autem sunt sancti*, hoc est, Christiani, Ecclesiæ cives: licet altero tantum parente Christiano nati. Si contrarium *Papistæ* & *Lutherani* sentiunt, in errore contra Apostolum consentiunt.

a Rom. 11. 6.
b 1. Cor. 7. 4.

ARTICULUS V. *Quod Christus pro solis electis satisfecerit*: λογομαχία est, vel falsa accusatio. Omnium peccata Christus portavit, dissolvit, expiavit: si magnitudinem pretii seu λύτρου sufficientiam spectemus: Non omnium, sed tantum fidelium: si λύτρου efficaciam, fructum, applicationem consideremus. Sic enim scriptura: c *Ecce, agnus Dei, qui tollit peccata mundi.* Et tamen: *Si non credideritis, moriemini in peccatis vestris.* Sic AMBROSIUS d: *Si non credis, Christus tibi non passus est.* Sic INNOCENTIUS Papa: e *Pro solis prædestinatis effusus est Christi sanguis, quantum ad efficientiam: sed pro omnibus hominibus effusus est, quantum ad sufficientiam.* Sic LYRA: f *Est propitiatio pro peccatis totius mundi, quantum ad sufficientiam: sed pro electis* TANTUM, *quantum ad efficaciam.* Juxta hunc intellectum nulla est dissensio. Si aliter *Papistæ* & *Lutherani* sentiunt, contra scripturam & totam vetustatem in errore consentiunt.

c 1. Iohā. 1. 29. Ioh. 8. 24
d Ambr. de fide ad Grat. li. 4 cap. 1.
e Innocēt. lib. 2. ca. 4. de myst. Miss.
f Lyra in 1. Ioha 2.

ARTICULUS VI. itidem λογομαχία est, vel falsa accusatio. Promissiones gratiæ sunt universales, pertinentque ad omnes, quoad prædicationem, invitationem & mandatum credendi: g *Prædicate omni creaturæ*: h *Agite pænitentiam, credite Evangelio.* Ad solos vero credentes pertinent, quo ad applicationem, efficaciam & fru-

g Marc. 16. 16.
h Marc. 1. 15.

ctum: quia soli credentes fide sibi eas applicant, effectum & fructum earum percipiunt, juxta illud: a *Vt omnis, qui credit in eum, non pereat*: b *Vt promissio ex fide daretur credentibus.* Seu: pertinent ad omnes, si credant: non ad omnes, si non credant. Si contra illi volunt, pertinere ad omnes simpliciter, sive credant, sive non (ut quidam eorum scripsit) conspirant in errore contra Evangelicam veritatem. Qui vero dicit, apud Deum esse προσωποληψίαν, vel ideo, quod alios donat fide, alios non donat, prout vult, Deum accusat προσωποληψίας, anathema sit.

a Ioh 3. 16
b Gal. 3

ARTICULO VII. VIII. XIII. mirum, qua conscientia ad consensum Papistarum censor provocare possit: cum palam sit, hos articulos pendere ex hypothesi UBIQUITATIS, quam Papistæ jam pridem ex professo negarunt, refutarunt. Videatur *Bellarminus Tom. 1. Controv. 2. generali* de CHRISTO per totum, cumprimis *lib. 3. cap. 12. & lib. 5. cap. 8.* Sic igitur lector habeat, si sentit censor, Christum secundum utramque naturam edidisse miracula, dare Spiritum sanctum, extremo die judicaturum arcana cordium: Deitatis quidem operatione formali: carnis vero seu humanitatis concurrente cooperatione, hoc est, voluntate, voce & imperio, ita, ut verbum Christi exempli gratia: *Lazare veni foras*: vere sit omnipotens verbum: formaliter fluens ab humanitate quidem, qua verbum: à divinitate vero, qua omnipotens: juxta declarationem c Hieronymi d Cyrilli, e Leonis, &c. qui dicunt: *Agit in Christo utraque forma cum communione alterius, quod ei est proprium: verbo scilicet operante, quod verbi est, & carne exsequente, quod carnis est*: si inquam, censor sic sentit: dissensionem à nobis frustra comminiscitur. Nunquam enim inter Evangelicos dubitatum fuit, an

c Hier. ad Paul & Eustach. de serv. virg.
d Thesau. li 10 ca. 2
e Leo ad Flavian ca 4.

ἀποτελέσματα Mediatoris convenirent eius personæ, secundum utramque naturam, unaquaque nimirum operante in illis, quod sibi est proprium, cum communione alterius.

Si vero ex hypothesi UBIQUITARIA vult, omnipotentiam fluere ab utraque Christi natura, non solum ratione propositi, sed ut à gemino formali principio, frustra cum Papistis consensum vendicat: quos grauissimos in hoc adversarios habet.

DENIQUE Christum SOLA Divinitate miracula edidisse, Spiritum sanctum dare, mortuos suscitaturū esse, nihil humanitate cooperante: aut falso aut sophistice obiicitur. Si enim SOLA intelligit de principio formali, falsum dicit: quia Papistę non sentiunt cum ipsis, sed nobiscum: Si de Deitatis existentia solitaria, vel de cooperationis carni competentis exclusione: facit nobis injuriam: quia hoc non sentimus.

ARTICULUM IX. *quod in totum Christum sit credendum, & totus Christus sit adorandus*, nunquam auditum est inter Evangelicos esse controversum. De humanitatis adoratione in abstracto quidam nostrum: quibusdam Ubiquitariis contradixerunt cum Cyrillo dicente: a *NULLI prorsus NATURÆ, præterquam Dei adorationem à Scriptura contribui*: Et: *In Christo Divinitatem adorabilem, Humanitatem vero naturam adorantem esse.* Quod vero quisquam nostrum in SOLAM credat Divinitatem, SOLAMVE invocet, aut sic credendum & invocandum esse doceat: par superiori injuria est. Omnes enim ut una fide in totum Christum Deum & hominem credimus: ita una adoratione totum adoramus: quantumvis ut fide, sic adoratione naturas in Christo, secundum scripturas, discernamus. Sicut enim credimus, sic invocamus.

a Cyril. Thes. l. 2. c. 1 ?. Et de recta fide ad Theod. lib. 1.

ARTI

ARTICULO X. *Quod baptismus salvos faciat:* Lutherani cum Papistis minime consentiunt. *Papistæ* enim credunt, quod Baptismus nos salvos faciat ex opere operato: quod tollat concupiscentiam, ut non sit peccatum: quorum neutrum credunt *Lutherani.* Quod nos habeamus Baptismum sine salute inclusa in elemento aquæ, fatemur. Talis enim Baptismus nullus est, in cujus aqua salus inclusa lateat. Quod habeamus baptismum sine salute simpliciter, injuria est. Credimus baptismum nos salvos facere sacramentaliter, h. e. esse salutis sanguine Christi nobis paratæ sacramentum. Si vero neq; hunc nostrum, neq; illum Papistarum sensum probat censor: quomodo salutem in suo baptismo habeat, exponat nobis ex verbo Dei, & credemus. Nullus certe datur medius sensus.

ARTICULO XI. Papistæ & Lutherani δὶς διὰ πασῶν dissentiunt. Papistæ enim absolutionem faciunt sacramentum proprie dictum: omnium peccatorum enumerationem ad eam requirunt: remissionem peccatorum ex opere operato ei alligant: quorum nihil censor probaverit. Mirus ergo hic censoris cum Papistis consensus. LUTHERUS absolutionem privatam liberam facit, & nos liberam facimus. Publicam absolutionem ceu vocem Evangelii solam necessariam ducimus, & retinemus. Qui contrarium de nobis dicit, falsum dicit. *Lutherus Tom. 5. Ien. art. Aug. u.*

ARTICULO XII. *quod cœna Domini veraciter dispenset Corpus Christi*, etsi ambigue dicitur, nemo tamen id absolute negare potest, cum Christus panem, qui veraciter in cœna dispensatur, corpus suum pro nobis traditum appellet. In modo censor non magis cum Papistis consentit, quam cum Calvinistis. *Papistæ* statuunt, corpus Christi adesse & dispensari in cœna per modum transsubstantiationis, evanescente panis substantia, Negat hoc censor, &

vult, corpus Christi adesse & dispensari per modum Consubstātiationis, manente panis substantia. Hunc modum Papistæ negant, & pro hæresi habent: sicut vice versa modum Transsubstātiationis censor pro hæresi habet? Qualis igitur, quæso, hic ejus cum Papistis consensus? Nos docemus, corpus Christi in S. Cœna præsens dispensari, per modum Sacramēti, & manducari spiritualiter, fide. Quod cœnam habeamus sine imaginario Christi corpusculo, latitante sub pane, vel sub specie panis, fatemur libenter. Tale enim corpusculum, invisibile, insensibile &c. Christus non suscepit, nec scriptura docet Quod cœnam habeamus sine vero Christi corpore, pernegamus. In verbo enim promissionis additæ: *Hoc est corpus meum, quod pro vobis traditur*, verum Christi corpus pro nobis traditum, fidei nostræ præsens dispensatur: & hoc ad concordiam inter nos in hoc articulo sanciendam satis esse posset.

Articulus XIV. est falsa accusatio. Oracula vetera nos non minus, quam *Lutherani* vel *Papistæ* intelligimus de Christo, quæ de Christo vere loquuntur, & intelligi possunt. Quod vero in quorundam oraculorum explicatione commentaria Joh. Calvini communem interpretum sententiam non semper retinent: sed aperta ab obscuris discernunt: & Ariani aut Judæi id, quasi pro se faciat, arripiunt: si ideo Arianis & Judæis patrocinari dicendus est *Calvinus*: profecto Arianis magis patrocinabitur Christus, dicens: a *Pater meus major me est*: quod pro sua hæresi plurimum facere Ariani clamant: Arianis etiam patrocinabitur Hieronymus, qui interpretes reprehendit, verba Malachiæ cap. 2. 5. *Angelus Domini est*: de Christo intelligentes. Arianis etiam patrocinabitur Lutherus, qui oraculum de Christo Jes. 9. 6. evidentissimum: *Deus fortis*, starcker Gott obscurius reddi-

a Joh. 14. 28.

dit, *Virtus, Gigas*, Krafft/ Heldt: quem etiam Papistæ conqueruntur ex Germanicis Litaniis expunxisse: *Sancta Trinitas, unus Deus, miserere nobis*: & Filium Dei vocasse *Patris instrumentum, &c.* Quæ omnia Ariani pro se plausibiliter arripiunt, maxime autem hoc ultimum quasi Arianissime dictum, Blandrata Samosatenianus in disputatione Albæ Juliæ anni 1568. pag. 916. pro se allegavit.

ARTICULO XV. de geniculatione & capitis apertione vel inclinatione ad nomen JESU prolatum, si *Lutherani* & *Papistæ* ut de reverentia adiaphora consentiunt, nihil ab eis nos dissentimus: Nam & nos eam ceremoniam (nisi ubi superstitionis species aut confirmatio vitanda est) libere observamus. Si vero, ut de necessario Dei cultu illi consentiunt: utique in superstitioso errore conspirant, orto ex phrasi scripturæ perperam intellecta: ubi in nomine DEI, & in nomine JESU omne genu cœlestium, terrestrium, & subterraneorum flectẽdum dicitur, *Rom 14. 11. Ies. 45 23 2. Cor. 5. 10. Phil. 2. 10 Lc. 9 ad Rom. ca. 14. 11.* metonymia signi & signati. Quale enim genu flectent sidera in cœlis, bruta in terris, pisces in aquis? *Genuflectere*, inquit Origenes, *& omnem linguam confiteri Deo, quod de Iesaiæ sermonibus assumsit apostolus, non est* CARNALITER *accipiendum: ut putemus etiam cœlestia, quæ dicit genu flectere, carnalib. membris hæc facere: verbi causa, ut putetur vel sol, vel luna, vel stellæ, vel etiam angeli, & quæcunque sunt, quæ cœlestia nominantur, corporalibus inflexa genibus adorare: aut etiam lingua carnali, & tali membro, quali nos homines loquimur, putentur confiteri Deo: de quibus dicitur, quod sint spiritus & ignis &c. Et quæ genua in spiritibus esse creduntur? aut quæ linguæ in ignis specie requiruntur? Sed genu flectere subjecta esse cuncta & cultui Dei obedire declarat.* Hæc Origenes. *Genu flectere quid declaret.* Cum vero Scriptura aperte jubeat flectere genua etiam IN NOMINE DEI: ut in errore consentiunt Lutherani & Papistæ, quia neu-

tri flectunt genua in nomine Dei, aut à nobis nec hi nec illi dissentiunt.

ARTICULUS extremus est accusatio nimis vana & inconsiderata: quia seipsam elidit. Quomodo enim dicere potest censor: Calvinistas religionem suam dissimulare, cum in præfatione queratur, eos religionem suam vbique locorum intrudere velle? Minus profecto invidiæ & molestiarum inter Papistas passim & Lutheranos sustinerent orthodoxi, si minus aperte & candide veritatē agnitam profiterentur. Εὐταξίαν si vocet ceremoniarum Papisticarum inanes larvas, quidni hostes earum Orthodoxi essent? Sunt enim inutiles vel superstitiosæ, quas proinde etiam Lutheranorum ecclesiæ in toto Rheni tractu & per Sueviam jampridem exploserunt. Verum εὐταξίαν in Ecclesiis nostris nemo bonus, qui viderit, desiderabit. De pacis vero turbatoribus qui sint & fuerint hactenus, historiæ loquantur.

EX HISCE satis evidenter liquere arbitror, Lutheranos cum Papistis circa articulos notatos nequaquam cōsentire, vel in errore consentire: vel denique à doctrina orthodoxorum, nisi maligne depravata, non dissentire. Unde manifestum quoque evadit: argumentum illud à consensu doctrinæ nullum, imo pudendum esse, cur Lutherani cum Papistis potius cōspirare, quam cum orthodoxis sese conjungere debeant. Viderint isti consultores, qua conscientia ANTICHRISTO & Antichristianis juratis Evangelii hostibus (quos tales esse norunt, & profitentur) sese associare, & reformatas ecclesias ob aliquā tam ab ipsis dissensionem tyrannidi eorum objicere possint. Quin potius sepositis aliquantulum, vel ad rei veritatem compositis affectib. cogitent quæso: in multo pluribus doctrinæ Christianæ capitibus Evangelicos invicē

consentire: & sic ex eodem suo principio, quod, *quibus magis affines sunt doctrinæ Lutherani, iis magis associare se debeant*, ad syncretismum non cum Papistis Antichristianis, sed cum ecclesiis reformatis ineundum sese teneri.

CAPUT XXV.

Elenchus articulorum, quibus omnes Evangelici invicem consentiunt: á Papistis vero dissentiunt.



T autem, quod modo dixi, verum esse liquido appareat: placet brevissime secundum præcipua Theologiæ & fidei Christianæ capita Elenchum texere articulorum, quibus Evangelici, h.e. *Lutherani* & *Calviniani* dicti, invicem vere consentiũt: à Papistis vero Antichristianis prorsus dissentiunt. Articuli illi sunt partim Catholici, partim Theologici: quæ distinctio, ne nova aut non necessaria putetur, sic intelligenda est, prout supra etiam attigi. *Catholici* articuli dicuntur, qui ad fidem Catholicam requiruntur. *Fides Catholica*, hoc est, universalis est: non quæ ab uniuersis vel à plurimis creditur, (ut Papistæ intelligunt) sed quæ universis salvandis scitu & creditu est ad salutem necessaria. *Theologicos* vero articulos dico eos: qui ad scientiam Theologicam proprie pertinent. Scientia Theologica est doctrina sacra, non quæ præcise fidelibus ad salutem, sed quæ Theologis ad professionem suam, nec non ad fidem

Articulorum fidei necessaria distinctio.

Fides Catholica quæ.

Scientia Theologica quæ?

Catholici articuli & Theologicæ conclusiones quantum differant.

Catholicam in ecclesia & scholis recte tradendam tuendamque, est necessaria: Ingens est horum articulorum discrimen: confusio vero, omnium confusionum & turbarũ fomes in Ecclesia semper exstitit. *Catholicorum articulorum* ignoratio est omnibus damnabilis, dubitatio periculosa, negatio hæretica, impia. *Theologicarum Conclusionum* ignoratio omnibus damnabilis non est, neque dubitatio aut negatio semper hæretica vel impia. *Catholici articuli* sunt fundamentum fidei & salutis: *Theologicæ conclusiones* struuntur super fundamento, modo ut aurum, argẽtum, modo ut paleæ, stipulæ, &c. In *Catholicis articulis* fundatur fidelium consensus, fides, spes, charitas, salus. In *Theologicis conclusionibus* dissensiones Theologorũ semper aliquę fuerunt, erunt, & esse possunt, salva fidei & charitatis compage, absq; salutis jactura. De *Catholicis* deniq; *articulis* consensus Ecclesiæ prorsus est necessarius. De *Theologicis conclusionibus* lacerare velle Ecclesiam non Christianæ charitatis, sed Antichristiani est supercilii. In utroq; genere Evangelici omnes à Papistis longissime sunt separati: invicẽ vero in genere priore, h.e. in articulis Catholicis conjuncti: in solo posteriore dissensiones aliquę hactenus agitantur inter Theologos, quæ nisi ambitiose magis quam consulto plebeiorum auribus inculcatæ fuissent, ad tam infelix schisma res nunquam venisset. UTRUMQUE demonstrandum mihi hic restare video. *Prius* igitur hoc capite, alterum sequente paucis docebo.

Hæc fuit prima ratio Synerctismi faciendi ca. 12.

LICEAT vero mihi principium, de quo paulo ante, à consensu doctrinæ petitum, aliquãto explicatius & plenius ad rem præsentem resumere, hoc modo: Qui in pluribus tam fidei Catholicæ, quam scientiæ Theologicæ capitibus consentiunt: merito se adversus Papistas dissentientes conjungere debent. Evangelici in omnibus fidei

Catholicæ, in plerisque etiam scientiæ Theologicæ articulis invicem consentiunt: à Papistis vero dissentiunt. Merito igitur Evangelici sese adversus Papistas dissentiẽtes conjungere debent. *Propositio* est in confesso. *Assumtio* sequente Elencho demonstratur.

De Sacra Scriptura.

Omnes EVANGELICI concorditer docent quod sola Scriptura Prophetica & Apostolica sit verbum Dei, cœlitus nobis per eam loquentis: nec præter Scripturam sacram hodie agnoscunt aliud *verbum Dei non scriptum.* 1.

PAPISTÆ contra: quod præter Scripturam sacrã Propheticam & Apostolicam sit aliud *verbum Dei nõ scriptum,* nempe Conciliorum & Pontificum Romanorum decreta, pari pietatis affectu credenda, & suscipienda cum scriptura Prophetica & Apostolica. *Bell. lib. 4. de verbo Dei non scripto per totum. Concil. Trid. sess. 4. &c.*

EVANGELICI: quod sola scriptura sacra Prophetarum & Apostolorum sit infallibilis veritatis, atque canonica. 2.

PAPISTÆ contra: quod placita Pontificum & conciliorũ sint æque infallibilis veritatis, & canonica. *Dist. 19. c. In canonicis. Bell. lib. 2. de Concil. cap. 12.*

EVANGELICI: quod ad Canonem Veteris Testamenti pertineant soli libri in Canone Hebræo exstantes ab Hieronymo in Prologo Galeato XXII. numerati. 3.

PAPISTÆ contra, libris illis Canonicis multos apocryphos adjiciunt, de quibus jam olim *Hieronymus* ad Chromat. præfat in Paral. *Apocrypha nescit Ecclesia. Ad Hebræos igitur revertendum est: unde & Dominus loquitur, & discipuli exempla præsumunt.* Concil. Trid. sess. 4. Bell. lib. 1. de verbo Dei per totum.

4. EVANGELICI: quod Scripturas Propheticas & Apostolicas esse divinas ex ipsismet scripturis sufficienter haberi possit: quantumvis testificatio Ecclesiæ secundario accedat, & apud Christianos plurimum valeat.

PAPISTÆ contra: quod scripturas ullas esse divinas, NULLO MODO ex scripturis ipsis, nec aliunde, quam ex TRADITIONE Ecclesiæ habeatur. *Bell. Lib. 4. de verbo Dei cap. 4.*

5. EVANGELICI: quod scripturis Propheticis & Apostolicis credamus propter authorem Deum, in illis notorie loquentem.

PAPISTÆ contra: quod Deo in Scripturis non credamus, NISI PROPTER ECCLESIAM. *Stapl. de auth. Eccl. 1. ca. 10. s. 3.*

6. EVANGELICI: quod scriptura sacra in linguas vernaculas recte & utiliter transferatur.

PAPISTÆ contra versiones vernaculas improbant, & tanquam non utiles, imo noxias prohibent: *vulgo omnes, Bell. lib. 2. cap. 15. &c.*

7. EVANGELICI: quod versio Bibliorum vulgata latina sit varie corrupta, nec authentica: ideoque Hebræis & Græcis codicibus posthabenda.

PAPISTÆ contra habent eam pro incorrupta & authentica & Hebræis atq; Græcis codicibus quoties libet, præferunt. *Concil. Trid. sess. 4 Bell. lib. 2. cap. 10. de verbo.*

8. EVANGELICI: quod à lectione sacrarum scripturarum nemo sit arcendus, & cũ a CHRYSOSTOMO omnes auditores suos hortantur: *ut non tantum, quæ in concione dicuntur, attendant: verum etiam cum domi fuerint, assidue Scripturarum diuinarum lectioni vacent.*

a Chrysost. tom 2. hom 3. de Lazaro.

PAPISTÆ contra, quod lectio scripturarum neque

laicis

Laicis neq; clericis nisi impetrata ab Episcopo venia, sit permittenda. *Bell. ib. c. 15.*

EVANGELICI: quod Scriptura sacra in necessariis ad salutem, sive legis sive Evangelii doctrina spectetur, fidelibus sit perspicua: *omniaque* ut a Epiphanius ait, *in scriptura divina sint clara iis, qui pia ratiocinatione divinum sermonem audire volunt.* 9.

a Epiph. tom. 1. l. 3. haeres. 76. Anom.

PAPISTÆ contra, quod Scriptura sacra sit obscura, nec intelligibilis absq; interpretatione Ecclesiæ, h. e. PAPÆ Romani. *Bell. lib. 3. cap. 1. 2. de verbo.*

EVANGELICI: quod Scripturæ sacræ authenticus interpres sit scriptura ipsa, seu Spiritus sanctus in ea loquẽs: *nihil siquidem fere de scripturæ obscuritatibus eruitur*, inquit b Augustinus, *quod non* PLANISSIME DICTUM *alibi reperiatur.* 10.

b Augu. lib. 2. de doct. Chri. cap. 6.

PAPISTÆ contra, quod authenticus Scripturarum Interpres, de cujus sententię veritate dubitare nulli Christianorum liceat, sit solus PAPA Romanus. *Bell. lib. 3. c. 4. de verbo.*

EVANGELICI: quod scriptura sit sufficiens ad salutem. 11.

PAPISTÆ contra: quod scriptura sacra non sit sufficiens absque traditionibus Ecclesiæ. *Bell. lib. 4. cap. 2. 3. de verbo.*

EVANGELICI: quod nullum dogma extra Scripturas h. e. quod nec expresse est scriptum, nec bona consequentia ex scripturis evidenter deducitur, sit recipiendum, quasi necessario credendum ad salutem. 12.

PAPISTÆ contra: quod præter scripturas etiam decreta Conciliorum & Pontificum credere sit de necessitate salutis: Verbi causa: Omnes Christi fideles subesse Pontifici Romano. *Extra. de major. & obedient.*

13. EVANGELICI: quod Scriptura Prophetica & Apostolica SOLA vel per EXPRESSAM literam, vel per evidentem sensum aut deductionem, debeat esse NORMA fidei: & sit NORMA totalis.

PAPISTÆ contra: quod Scriptura sit quidem norma, sed tantum partialis, non TOTALIS, nisi Traditionibus, & Papæ decretis suppleatur. *Bell. lib. 4. c. 12. de verbo.*

14. EVANGELICI denique: quod scriptura, hoc est, Deus in ea loquens vel EXPRESSE, vel evidenti sensu aut deductione, debeat esse controversiarum de religione ultimus & supremus JUDEX, à quo nulla datur appellatio in Ecclesia.

PAPISTÆ contra, quod ultimus & supremus controversiarum de fide JUDEX fuerit Papa Romanus CLEMENS VIII. nuper mortuus: modo sit PAULUS V. VICE Deus, brevi & ipse, ut mortalis homo, ad Patres abiturus. *Protocoll. Ratisponense Sess. 1. Bellarm. lib. 3. de verbo Dei cap. 3.*

De Deo.

15. EVANGELICI: quod unus sit Deus, Pater, Filius & Spiritus sanctus, *qui gloriam suam non dat alteri, nec laudem suam sculptilibus.* Jes. 42. 8.

PAPISTÆ unum Deum ore profitentur, religione sua revera innumeros Deos faciunt, plane ut Ethnici JOVEM unum Deum magnum, TUTELARES innumeros DEOS minores faciebant.

16. EVANGELICI: quod Deus solus sit adorandus, invocandus.

PAPISTÆ præter Deum adorant, invocant homines defunctos, clamando *S. Petre, miserere mei, salva me, aperi mihi aditum cæli. &c.* Bell. lib. 1. cap. 17. de sanct. Beatit.

De Angelis.

EVANGELICI: quod angeli sint spiritus ministratorii, quodque invocatio vel adoratio angelorum sit idololatria verbo Dei prohibita. *Col.2.18, Heb.1.14. Apoc.19.10.& 22. 9.* 17.

PAPISTÆ contra, adorationem Angelorum, ut cultum Deo gratum, defendunt, eosq; adorant. *Bell.lib.1.cap.13.de sanct.Beatit.*

De *Providentia* Dei.

EVANGELICI, quod solius Dei providentia generali & speciali gubernetur mundus. 18.

PAPISTÆ providentiam suis sanctis distribuunt: MARIA cœli Regina primas tenet: S. Petrus claviger est cœli & janitor: S. Antonius saginat porcos: S. Apollonia medetur dentibus: S. Nicolaus succurrit nautis periclitantibus, S. Margaretha obstetricatur parturientibus: S. Rochus averruncat pestem, &c. Et nihil est in mundo, quod sancti ipsorum non administrent, gubernent: Quasi vel nullus, vel mortuus esset Deus in cœlo. *Vulgo omnes.*

De *Peccato.*

EVANGELICI: quod omnia peccata, adversus legem Dei admissa, suo genere sint mortalia: quia scriptum est: 19.
a *Maledictus omnis, qui non manserit in omnibus, &c.* b *Anima quæ peccaverit, morietur.*

a *Deut. 27. 28.* b *Ezech. 18.4.*

PAPISTÆ: quod multa peccata ex se sint venialia, hoc est, tam levia, ut non reatum mortis, sed veniam mereantur, *Bell.lib.1.cap.3.de amiss.grat.*

EVANGELICI: quod peccata justificatorum fiant venialia ex misericordia Dei, propter Christi meritum. 20.

Papistæ negant, mortalia fieri venialia. *Bell. ibid. cap. 7. 8.*

21. Evangelici: quod peccatum originale sit non modo reatus, sed & pravitas naturæ, ex lapsu primorum parentum in totum genus humanum per generationem propagata: repugnans legi: & vere peccatum, seu culpa.

Papistæ: quod peccatum originale sit concupiscibilitas carnis, morbida qualitas, macula animæ, mentem invisam Deo reddens: sed non pravitas naturæ repugnans legi: nec culpa, sed tantum pœna: *Lomb. lib. 2. distinct. 30. Bell. l. b 4 & 5 de amiss. grat. per totum: & lib. 5. de grat. & lib. arb. cap 20.* vel quod sit ipse lapsus Adami, cum carentia justitiç originalis. *Bell. lib. 5. de amiss. grat. cap. 16. 19. 20.*

22. Evangelici: quod omnes homines, Christo solo excepto, cum nativitate trahant originale peccatum, & actualiter peccent.

Papistæ contra: quod virgo Maria absq; peccato originali sit concepta, nec actuale peccatum admiserit: Baptista Joannes actualia peccata voluntaria nulla habuerit. *Bell. l. b. 4. ca. 15. 16. de amiss. grat. & lib. 2 c. 39. de Monach. Concil. Trid. sess. 5.* Caietanus *de B.* Virgine contra Concilii decretum negativam defendit, *Bellarminus* affirmativam defendens dicit, non esse de fide: & tamen mordicus tuetur. *Ibidem.*

23. Evangelici, quod concupiscentia carnis, post baptismum in renatis manens, vere sit peccatum.

Papistæ contra, quod concupiscentia post baptismũ non sit peccatum, sed fomes peccati. *Bell. lib 5 de amiss. grat. cap. 5. 10.*

24. Evangelici: quod non obstante peccato Originis, de parvulorum Ecclesiæ absque Baptismo decedentium salute sit bene sperandum, propter gratiam fœderis

paren-

parentibus & liberis promissam: Gen. 17. 7. *Ero Deus tuus, & seminis tui post te.*

PAPISTÆ contra, quod infantes fidelium sine baptismo decedentes absolute omnes damnentur. *Bell. lib. 6. ca. 2. de amiss. grat.*

De Gratia & Prædestinatione.

EVANGELICI: quod Gratia gratos faciens Deo peccatores nulla sit, nisi Dei misericordia, qua nos in CHRISTO 25.
dilecto gratis dilexit, & elegit: & Christi meritum.

PAPISTÆ: quod Gratia gratos faciens sit charitas infusa per modum habitus in homine permanens. *Bell. lib. 1. de grat. & lib. cap. 3. & seqq.*

EVANGELICI: quod Deus ad gratiam & ad gloriam 26.
prædestinaverit electos mera misericordia in Christo: nõ propter prævisa bona opera.

PAPISTÆ: quod gratis elegerit ad gratiam: ad gloriam non gratis, sed ex prævisione bonorum operum. *Staplet. Antid. ad Rom. Pag. 520:* in quo tamen Bellarminus Stapletono repugnat. *lib. 2 cap. 15. de grat. & lib. arb.*

De Libero arbitrio.

EVANGELICI: quod liberum arbitrium hominis salva libertate, subjaceat gubernationi divinæ: & non so- 27.
lum ab ultimo judicio practicę rationis semper, sed quandoq; etiam à divina providentia determinetur ad unum, juxta illud Psal. 33. 15. *Qui format corda eorum.*

PAPISTÆ: quod liberum arbitrium absolute sit liberũ, determinationem nullam ferens à providentia divina. *Bell. lib 3. cap 5 de grat. & lib. arb.*

EVANGELICI: quod homo absque speciali Dei gra- 28.

tia, & absque fide nullum bonum opus Deo placens edere possit.

PAPISTÆ contra: quod solis naturæ viribus bona opera moralia, quæ omni careant peccato, edere possit, modo gravior tentatio non urgeat; quasi fomes non perpetuo urgeat ad mala. *Bell.lib.5.de grat. & lib.cap. 13.14 per totum.*

29. EVANGELICI: quod liberum arbitrium in prima conversione ex se non possit cooperari gratiæ.

PAPISTÆ contra, quod cooperetur. *Bell.lib.6.de grat. & lib.arb.cap.9.10.15. Homo ante omnem gratiam habet* EX SE *potentiam activam, saltem remotam ad opera pietatis facienda.*

De Lege & Evangelio.

30. EVANGELICI: quod Evangelium sit doctrina gratiæ: lex doctrina operum.

PAPISTÆ: quod Evangelium æque sit doctrina operum, & varias leges contineat. *Bell.lib.4.de justif.cap.2.*

31. EVANGELICI: quod Evangelium & Lex toto genere differant: quodq; illud sit doctrina credendorum: hæc doctrina faciendorum: illud fidei, hæc operum: illud revelatum, hæc natura nota: illud salutem peccatoribus ex gratia per fidem promittens: hæc peccatoribus ex merito maledictionem irrogans.

PAPISTÆ: quod inter legem & Evangelium non intersit, nisi quantum inter doctrinam inchoatam & perfectam: lex sit Evangelium inchoatum: Evangelium sit lex perfecta: lex sit semen, Evangelium sit arbor ex semine: quæ horribilis confusio doctrinam de gratia Christi non paululum modo obscurat, sed penitus evertit. *Bell.lib.4.ca. 3 de justif.*

32. EVANGELICI: quod renati in hac vita inchoent o-

bedien

bedientiam novam ſecundum omnia legis mandata: legem nunquam perfectè impleant.

PAPISTÆ: quod juſtificati legem perfectè implere, imo plus præſtare poſſint, quam debent, & quam lex poſtulat, vel Chriſtus præcipit: *Bell. lib. 4. de juſtific. cap. 11. 13. & lib. 2. de monach. cap 7. &c.*

De Chriſto Mediatore.

EVANGELICI: quod Dominus noſter Jeſus Chriſtus verus Deus & homo ſolus ſit Mediator Dei & hominum. 33.

PAPISTÆ infinitos Mediatores addunt, indieſq; novos canonizant. *Bell. lib. 1. cap 7 de ſanct. Beat.*

EVANGELICI: quod Chriſtus θεάνθρωπος Mediatoris officia peregerit ac peragat ſecundum utramque naturam. 34.

PAPISTÆ non agnoſcunt Chriſtum Mediatorem, niſi ſecundum humanam naturam. *Bell. lib. 5. c. 1. de Chriſto.*

De Fide & Juſtificatione.

EVANGELICI: quod fides non ſit in noſtra poteſtate, ſed ſit ſingulare donum Dei. 35.

PAPISTÆ: quod fides ſit quidem donum Dei: tamen credere vel non credere, ſit in noſtra poteſtate & libero arbitrio. *Bell. lib. 6. cap. 2. & 11. de grat. & lib. arb.*

EVANGELICI: quod fides juſtificans ſit non ſolum notitia certa, cum firmo aſſenſu omnium eorum, quæ verbo Dei ſcripto ſunt revelata, ſed etiam fiducia certa promiſſionis gratiæ ſeu remiſſionis peccatorum propter Filium Dei Mediatorem. 36.

PAPISTÆ: quod fides juſtificans non ſit notitia, ſed ſimplex aſſenſus eorum, quæ Deus per Eccleſiam (Romanam) proponit credere ex verbo Dei ſcripto vel

non

non scripto: meli sque per ignorantiam, quam per notitiam definiatur: nullo autem modo sit fiducia. *Bell. lib. 1. de justif. cap. 4. 5. 6. 7.*

37. EVANGELICI: quod fides historica, miraculorum & justificans differant specie.

PAPISTÆ: quod fides historica miraculorum, & justificans sit una & eadem, *Bell. lib. 1. de justif. cap. 4. 5.*

38. EVANGELICI: quod obiectum fidei justificantis specificum sit promissio Evangelii de misericordia Dei generali & speciali, in omnes & super omnes ac singulos credentes.

PAPISTÆ: quod objectum fidei justificantis specificum non sit promissio Evangelii de misericordia Dei generali & speciali erga credentes: sed quævis revelatio divina, per verbum scripturæ vel Ecclesiæ facta *Bell. lib. eod. ca. 4. 8. 9. 10.*

39. EVANGELICI: quod nullo actu liberi arbitrii, sed sola gratia ad justificationem disponamur.

PAPISTÆ: quod per liberi arbitrii adjuti gratia communi, septem actus dispositorios, fidem nimirum, timorem, spem, dilectionē, pœnitentiam, propositionem suscipiendi Sacramentum: & propositum novæ vitæ: non renati ad justificationem possint seipsos disponere: *Bell. ib. cap. 3. 12. &c. Concil. Trid. sess. 6. can. 7.*

40. EVANGELICI: quod sola fide in Christo justificemur coram Deo.

PAPISTÆ: quod doctrina de sola fide justificante sit hæretica: quodque etiam timore, spe, dilectione justificemur. *Bell. ib. cap. 13. 14.*

41. EVANGELICI: quod vera fides à dilectione reliquisque virtutibus Christianis non magis sit penitus separabilis, quam calor ab igne, lumen à sole separari potest.

PAPI-

PAPISTÆ: quod vera fides à dilectione prorsus separari possit. *Bell.ib.cap.15.*

EVANGELICI: quod Scriptura sacra, cum dicit: hominem justificari fide absque operibus legis: à justificationis actu excludat non sola opera legis ceremonialia, sed & moralia: nec tantum moralia sine fide edita, sed omnia prorsus, etiam cum fide facta, qualia fuerunt opera Abrahami. Rom. 4. 42.

PAPISTÆ: quod excludat sola opera ceremonialia, & moralia sine fide facta. *Bell.ib.ca.16.*

EVANGELICI: quod fides justificet, non ut opus, aut meritum, nec tantum ut initium aut radix justificationis: sed ut organum amplectens Evangelium, & accipiens remissionem peccatorum gratis, propter Christi meritum, juxta AMBROSII auream sententiam: *credens salvus est sine opere*, SOLA FIDE *gratis* ACCIPIENS *remissionem peccatorum.* 43.

PAPISTÆ, quod fides justificet ut dispositio, ut opus, ut causa, ut meritum: nec tamen integre, sed quod justitiam inchoet, ut radix arborem. *Bell.ib.ca.17.*

EVANGELICI, quod justificare peccatorem sit eum absolvere, pro justo acceptare: justificatio peccatoris sit eius absolutio à reatu peccati & mortis, & pro justo gratuita reputatio per fidem, propter Christi meritum. 44.

PAPISTÆ, quod justificare sit ex impio justum facere: justificatio sit motus ad justitiam: sicut calefactio est motus ad calorem. *Bell.lib.2.de iust.cap.9. Thomas part.2. quæst. 113.a.1.*

EVANGELICI, quod justitia nostra coram Deo non sit qualitativa, sed imputativa, h.e. quod non inhærente qualitate seu habitu charitatis, sed imputatione justitiæ 45.

CHRISTI, ſeu propter meritum CHRISTI juſtificemur coram Deo.

PAPISTÆ, quod juſtitia noſtra ſit qualitas nobis formaliter inhęrens: interior nempe animi noſtri renovatio, ſeu infuſa charitas, per modum habitus in nobis reſidens. Juſtitia vero imputata ſit ſomnium & inanis opinio. *Bell. lib.2. de iuſt. cap.2 3.6.7.13.*

46. EVANGELICI: quod juſtificatio noſtra ſit remiſſio peccatorum & imputatio juſtitiæ propter Chriſti obedientiam pro nobis uſque ad mortem crucis.

PAPISTÆ, quod juſtificatio ſit partim remiſſio peccatorum, partim renovatio ſeu infuſio juſtitiæ habitualis. *Bell. ibidem.*

47. EVANGELICI: quod remiſſio peccatorum non detur niſi ex Chriſti merito per fidem.

PAPISTÆ: quod remiſſio peccatorum detur etiam ex merito humanorum operum, contritionis, ſatisfactionis, orationis, jeiunii, eleemoſynæ, &c. nec non per ceremonias & actus ſacros: per ingreſſum templi conſecrati, per aſperſionem aquæ benedictæ, &c. *Thom. part. 4. q.7, a.3.* Et *Additio. q.5. a.1. & q.14.4. Bell. lib.2. de Pœnit. c.12 & lib.1. de bon. operib. ca.3 & lib.2. ca.11. & lib.3. c.4.*

48. EVANGELICI: quod credentes fide ſua in cordibus de gratia Dei poſſint & debeant certo confidere, ne Deum in Evangelio mendacem faciant.

PAPISTÆ: quod de remiſſione peccatorum & juſtificatione ſua in hac vita nemo certo confidere poſſit vel debeat certitudine fidei: ſed quod fideles tantum conjecturalem (ut Sophiſtæ loquuntur) confidentiam habere poſſint: quæ tamen dubitationem minime tollat, quia fallax eſſe poſſit. *Bell. lib 3. de juſtif. ca.2.*

49. EVANGELICI: quod credere non ſit opinari aut dubitare,

tare, aut conjecturaliter tantum sperare, sed firmiter in corde persuasum esse atque confidere: & quod credens sentiat & sciat se credere: quantumvis pro fidei cuiusque modulo certitudo hæc in aliis firmior, in aliis languidior exsistat.

PAPISTÆ, quod credere sit tantum assentiri: quodq; nemo, an vere in Christum credat, vereq; ad Deum conversus sit, apud se certus esse possit. *Bell.ib.ca.6.*

EVANGELICI: quod testimonium Spiritus Dei contestantis spiritui nostro, quod simus Filii Dei, sit vel esse possit ac debeat certum, & non fallibile in cordibus credentium. 50.

PAPISTÆ: quod testimonium Spiritus Dei & nostræ ergaDeum conscientiæ non nisi conjecturalem, adeoque fallacem fidei & adoptionis nostræ certitudinem in cordibus nostris g gnere possit. *Bell.ib.ca.9.*

EVANGELICI, quod vere credentes de sui justificatione, vita æterna, & electione ad eam, certi esse possint ac debeant: *tum* quia Christus perpetuo orat, ne deficiat fides eorum, *Luc.22.23.* *tum* quia ipsi Deum assidue orant, & exaudiuntur, juxta promissionem *Ier.32.40.* *tum* deniq; quia virtute Dei custodiuntur in fide ad salutem *1 Pet.1.5* & si quãdo labuntur, *Dominus supponit manum, ne collidantur.* Ps. 37.24. quia secus nulla esset fides certo justificans. 51.

PAPISTÆ, quod non vera in Deum fiducia, sed superba præsumtio sit, absque speciali revelatione de præsente, nedum de futura gratia & vita æterna, deq; electione ad eã certo confidere velle. *Bell.ib.ca.12.& lib 1.de justif.ca 4.*

EVANGELICI: quod etiam infirma fides infirmos integre justificet, h. e. omnium peccatorum remissionem & justitiam gratuitam propter Christum accipiat à Deo, sicut manus etiam languida eleemosynam accipere potest. 52.

PAPISTÆ, quod quisque pro sua charitate majore vel minore, plus vel minus justificetur coram Deo. *Bell. ibid. cap. 16.*

De bonis operibus.

53 EVANGELICI: quod bona opera sint, quæ ex fide, secundum legem Dei ad gloriam eius fiunt.

PAPISTÆ: quod bona opera sint, quæcunque bona intentione fiunt, etiam sine fide. *Vulgo & Bellarm. lib. 5. de grat. cap. 9.*

54. EVANGELICI: quod bona opera sint necessaria in salvandis ad gratitudinem Deo præstandam, ad fidem testificandam, & ad proximum lucrifaciendum.

PAPISTÆ, quod bona opera sint necessaria ad salutem, tanquam causæ efficientes & meritoriæ. *Bell. lib. 4. de justif. cap. 3. 1.*

55. EVANGELICI: quod nulla bona opera coram Deo meritoria esse possint, eo quod omnia sunt debita: nullum vero debitum potest transire in meritum, eo quod meritum est opus indebitum, præmium ex indebito faciens debitum.

PAPISTÆ, quod omnia opera bona justorum sint meritoria gratiæ & gloriæ ex condigno. *Bellarm. lib. 5. de justifi. cap. 3. & 16.*

56. EVANGELICI: quod bona opera sanctorum sint imperfecta, & multis inquinata peccatis maneant in hac vita: testante Scriptura sacra, querelis, & sensu omnium sanctorum.

PAPISTÆ: quod opera sanctorum sint perfecte seu absolute bona. *Bell. lib. 4. de iustif. a. 15. 16. 17.*

57. EVANGELICI: quod opera bona non sint nostra justitia, nec justificent coram Deo: quia David sanctissi-

mus Propheta precatur: *Ne ingrediaris in judicium cum servo tuo: quoniam in conspectu tuo non justificabitur ullus vivens.* Psal. 143.1. *& omnes nostræ iustitiæ sunt ut pannus menstruatus.* Ies. 64. 6.

PAPISTÆ: quod opera bona sint nostra justitia, & justificent coram Deo, si non prima, tamen secunda justificatione; & quidem meritoria. *Bell. ib. ca. 10. 15. 18. 19. &c.*

EVANGELICI: quod creaturæ de creatore suo nihil mereri possint, sed cum omnia fecerint, dicere cogantur: *Servi inutiles sumus: quod debuimus fecimus.* Luc 17.10. 58.

PAPISTÆ quod creaturæ de creatore suo mereri possint, si non ex rigore justitiæ, tamen ex ordinatione divina. *Thomas part. 2. quæst. 114. art. 11.* quod justus de condigno mereri possit reparationem post lapsum: quod deniq; opera bona creaturæ sint mercatura regni cœlestis. *Bell. lib. 5. de justif. ca. 4. 17. 22.*

EVANGELICI: quod bonis operibus creaturæ non debeatur à Deo vita æterna: sicut malis debetur damnatio æterna. 59.

PAPISTÆ: quod bonis operibus debeatur vita æterna ex condigno, non solum ratione pacti, sed etiam ratione operum. *Contra Thomam Bellar. lib. 5. de iustifi. cap. 2. 3. 16. 17.*

EVANGELICI: quod licitum quidem sit bene operari intuitu mercedis æternæ, promissæ & dandæ gratuito: sed non debitæ ex merito. 60.

PAPISTÆ: quod debeamus bene operari intuitu mercedis debitæ ex merito condigni, *Bell. ib. cap. 8.*

De cultu Dei & Sanctorum.

EVANGELICI: quod cultus Dei sit actus religiosus non quivis, sed juxta mandatum Dei, ex fide præstitus, sic 61.

pla ens Deo, ut eius omiſſio vel actus contrarius diſpliceat.

Papistæ: quod cultus Dei ſit non ſolum actus religionis proprie dictus, ſed omnis actus bona intentione ſuſceptus, quoquo modo Deo placens. *Bell. lib. 2. cap. 11. de bonis oper. in par.*

62. Evangelici: quod omnis cultus religioſus ſoli Deo debeatur, juxta præceptum: *Dominum Deum tuum adorabis, & ei ſoli ſeruies.* Matt. 4. 10.

Papistæ quod ſoli quidē Deo debeatur cultus religioſus λατρεία dictus: angelis vero & ſanctis reliquis debeatur cultus religioſus, quem δουλείαν vocant: humanitati Chriſti & B. Virgini Mariæ debeatur cultus religioſus alius, quem ὑπερδουλείαν dicunt: in quo manifeſti hæretici Neſtoriani deprehenduntur, contra Anathem. VIII. Cyrill. *Bell. lib. 1. de ſanct. Beatit. cap. 12.*

63. Evangelici: quod honor ſanctis conveniens ſit imitari eorum fidem, pietatem, zelum, doctrinam, conſtantiam: de quo Heb. 13. 7. & Auguſtinus de vera relig. cap. 55. *Honoramus ſanctos charitate, non* SERVITUTE (δουλείᾳ) NEC EIS TEMPLA *conſtruimus.*

Papistæ: ſanctos defunctos publicis precib. invocant, TEMPLA ET ARAS eis conſtruunt: Miſſarum ſacrificia offerunt: dies f ſtos conſecrāt: imagines & ſtatuas eorum proni adorant, reliquias eorum pro amulethis venerantur, horribili idololatria. *Bell. lib. 1. de ſanct. Beat. cap. 7, 12. de imag. cap. 21.*

64. Evangelici, quod Chriſti interceſſio in cœlis pro nobis ſaluti noſtræ ſufficiat: ſancti in ſpecie neceſſitates
Ieſ. 63. 16. noſtras ignorent, teſtante Eccleſia apud Jeſaiam: *Abraham neſcit nos: Iſrael non agnoſcit nos: Tu vero Iehova pater er no-*

ſter:

er: ideo nec intercedere pro nobis credendi sint vel in-
ocandi: quandoquidem, ut maxime res nostras viderẽt:
amẽ charitate in Christum Dominum intercedere pro-
iberentur: quia intercedendo pro nobis in Christi con-
pectu proprium eius honorem cum manifesta prævari-
atione sibi arrogarent.

PAPISTÆ: quod animæ sanctorum omnes res nostras
n particulari & universali in speculo Trinitatis contem-
lentur: charitate ductæ pro nobis apud CHRISTUM
quasi durum vel negligentem, aut non sufficientem in
ua interpellatione) intercedant: ideoq; à nobis religiose
int invocandæ. *Bell. ib. & passim.*

EVANGELICI: quod signum crucis Christi olim Chri- 65.
tianorum tessera fuerit & sit inter gentes.

PAPISTÆ: signum crucis religiose adorant, & amule-
hum contra dæmonas & adversa omnia superstitiose fa-
ciunt. *Bell. lib. 2. de imag. ca. 26. &c.*

De Precatione.

EVANGELICI: quod precatio ad solum Deum in no- 66.
mine CHRISTI Mediatoris dirigi debeat, juxta præce-
ptum & promissionem: *Quidquid rogaveritis in nomine meo,
ego faciam.* Joh. 14. 14.

PAPISTÆ: quod precatio etiam ad cœlites, Mariam,
angelos, sanctos, sit dirigenda: *Bell. lib. 1. & 2. de sanct. per to-
tum.*

EVANGELICI: Quod fidelis precatio placeat Deo, & 67.
acceptetur ad impetranda beneficia spiritualia & corpo-
ralia necessaria juxta promissionem Evangelii *petite, & da-
bitur vobis*, Matth. 7. 7.

PAPISTÆ: quod precatio valeat non modo ad impe-
tranda omnis generis bona: sed etiam ad satisfaciendum

Deo pro nostris & aliorum peccatis: nec non ad promerendam Dei gratiam & salutem æternam ex condigno *Bell. de bon. oper. in part. lib. 1. cap. 3.*

68. EVANGELICI: quod horarum canonicarum, quas vocant, demurmurationes sint mercenaria ἐθελοθρησκεία.

PAPISTÆ: quod officium horarum canonicarum sit cultus Deo placens, & valde meritorius. *Bell. ib. ca. 10.*

69. EVANGELICI, quod antiphona: *Salve regina cæli, &c.* sit blasphema in Deum & Christum.

PAPISTÆ: quod sit cultus Dei meritorius. *Bell. ib. c. 15.*

De Jeiunio.

70. EVANGELICI: quod jeiunia in Novo Testamento sint utilia sobrietatis, pietatis, & precum adminicula in genere quidem à Deo mandata: in specie vero, quantum ad tempora & cibos Ecclesiæ & fidelibus omnibus libera: eoque nec cultus Dei per se.

PAPISTÆ: quod jeiunia certorum dierum, temporum, ciborum, tanquam divinitus præcepta, sint in conscientiis obligatoria, eoque necessario servanda: & quod sint cultus Dei per se. *Bell. ib. lib. 2. 6. 7. & lib. 2. ca. 11. de bonis oper. in par.*

71. EVANGELICI: quod jeiunium quadragesimale, & quatuor temporum non sit à Christo mandatum, nec ab apostolis institutum: sed ab Episcopis olim vario & libere introductum, nulla opinione necessitatis, cultus aut meriti: *Socrate testante lib. 5. cap. 21. histor. Eccl.*

PAPISTÆ: quod jeiunium quadragesimale sit Ecclesiæ universæ ab ipsis Apostolis traditũ, eoque necessario servandum & meritorium. *Bell. ib. ca. 14.*

72. EVANGELICI: Quod jeiunare sit ab omni cibo abstinere.

PAPI-

PAPISTÆ: quod etiam bis in die se eduliis quibusdam reficere sit jeiunare, id est, Deum & homines ludificari. *Bell.ib.ca.2.*

De eleemosyna.

EVANGELICI: quod eleemosynæ sine fide & charitate factæ non placeant Deo. *Matth.6.1. Cor.13.* 73.

PAPISTÆ: quod eleemosynæ absq; fide & charitate factæ non quidem sufficiant ad salutem: sint vero dispositiones ad justificationem: & peccatũ quoad culpam, suo modo deleant. *Bell.lib.3.ca.3.ibid.*

EVANGELICI: quod eleemosynæ fidelium sint opera 74. misericordiæ, à Deo gratis remuneranda propter Christum: nequaquam vero meritoria vitæ æternæ.

PAPISTÆ, quod eleemosynæ sint opera misericordiæ meritoria vitæ æternæ: & satisfactoria pro peccatis. *Bell. lib.3..ca.4.ibid.*

De Pontifice Romano.

EVANGELICI: quod Petrus Apostolorum primus qui- 75. dem ætate, authoritate & ordine, non vero potestate in reliquos: nec Ecclesiæ Princeps aut Monarcha fuerit.

PAPISTÆ, quod Petrus non modo apostolici collegii princeps, sed & generalis Christi vicarius, & Ecclesiæ universalis monarcha in terris à Christo sit cõstitutus. *Bell. lib.1.de Pontif.ca.10.*

EVANGELICI: quod omnes Ecclesiæ Episcopi & pa- 76. stores legitimi sint successores Petri & apostolorum in pascenda, h. e. docenda & gubernanda Ecclesia, secundum verbum Dei.

PAPISTÆ, quod solus Papa Rom. sit legitimus Petri apostoli successor, & tam divino primæ institutionis, quam

naturali successionis jure totius Ecclesiæ militantis monarcha, cujus solius sit omnes oves tam Episcopos quam laicos pascere pro arbitrio. *Bell. ibid. c. 12.*

77. EVANGELICI: quod solus Christus sit caput Catholicæ Ecclesiæ: quodq; aliud præter se caput, influentiæ vel directionis, nullum Ecclesiæ præfecerit: cum varios quidem ordines legatur dedisse Ecclesiæ: caput vero præter se nullum. *1. Cor. 12. 28. Eph. 4. 11. &c.*

PAPISTÆ: quod Christus quidem sit caput Ecclesiæ principale influentiæ: Papa vero Rom. sit caput universale directionis. *Bell. ib. ca. 12.*

78. EVANGELICI: quod nemo Episcoporum vel hominum post Prophetas & Apostolos absolutam potestatem in spiritualibus, h. e. rebus ad conscientiam & religionem spectantibus habeat.

PAPISTÆ, quod generalem & absolutam in spiritualibus potestatem habeat Papa Rom. utpote summus controversiarum Religionis Arbiter & Judex. *Bell. lib. 4. per totum ib.*

79 EVANGELICI, quod Papa Romanus in fide errare possit: plurimique Papæ fœde erraverint, hæretici & apostatæ facti, quos ipse GENEBRARDUS Chronol. lib. 4. *Apotacticos* & *Apostaticos* potius quam *Apostolicos* fuisse fatetur: & quod hodie doctrinam Christi & Apostolorum nefarie depravent, omnemque religionem turpiter cauponentur.

PAPISTÆ, quod Papa Roman. in fide errare nullo modo possit: nec doctrinam Christi & Apostolorum ullatenus corruperit, propter sedis Apostolicę privilegium: imo quod in religione sit prorsus infallibilis, quando ut Pontifex ex Cathedra dicit sententiam, licet ut homo, ut Clemens, ut Paulus, fide sit atheus, hæreticus, moribus

scele-

ſceleſtus. *Bellarmin. lib. 3. per totum, & lib. 4. cap. 2. 4. & vulgo omnes.*

Evangelici: quod nec Eccleſia, nec Epiſcoporum quiſquam poteſtatem habeat ferendi leges de fide & moribus, obligantes in conſcientia. 80.

Papistæ, quod Papa habeat coactivam poteſtatem ferendi leges in conſcientia obligantes: & excommunicandi non obtemperantes. *Bell. ib. ca. 15.*

Evangelici: quod Papa nullam habeat poteſtatem in temporalibus jure divino, ſed quod ſit princeps partis Italiæ (ut molliſſime loquamur) jure humano. 81.

Papistæ, quod Papa ſummam habeat poteſtatem in temporalibus univerſaliter, ſaltem indirecte in ordine temporalium ad bonum ſpirituale, ut loquuntur: quodq; poſſit leges ciuiles univerſales condere, Reges & principes ſuo arbitratu conſtituere atq; deponere, regna mundi transferre, prout ſuæ ſedi expedire exiſtimaverit. *Bell. ib. lib. 5. ca. 1. 6. &c.*

Evangelici, quod jure divino non ſit licitum Epiſcopis & paſtoribus Eccleſiarum ſecularia tractare, & poteſtatem civilem exercere, ex præcepto Domini, *Reges gentium dominantur: Vos autem non ſic.* Luc. 22. 82.

Papistæ, quod licitum, honeſtum, utile & quodammodo neceſſarium ſit, eoſdem epiſcopos & principes ſeculares eſſe. *Bell. ib. ca 9.*

De *Antichriſto.*

Evangelici, quod Antichriſtus ille, perditionis filius, ὁ ἀντικείμενος, *adverſarius* Christi jam venerit, ſitque retectus mundo. 83.

Papistæ: quod Antichriſtus ille nondum venerit,

ſed demum ſub extremum mundi quadriennium ſit venturus & retegendus. *Bell.lib.3.ca.2 de Pontif.*

84. EVANGELICI, quod Antichriſtus ille non ſit homo ſingularis, vel unus individuo, ſed unus regno, habens ſub ſe univerſitatem, cujus ipſe ſit caput, per longam ſucceſſionis ſeriem, donec conficiatur.

PAPISTÆ, quod Antichriſtus ſit futurus homo ſingularis ex Judæis è tribu Dan oriturus: ſicut Chriſtus fuit unus & ſingularis è tribu Juda. *Bell.lib.3.de Pontif.ca.2.*

85. EVANGELICI: quod Antichriſtus in Eccleſia Chriſtiana ſedeat, h.e thronum & regnum exerceat ibi, ubi prius fuerat Chriſti Eccleſia, ſeu in eo populo, qui ſe Eccleſiam Chriſti profitetur. 2.*Theſſ.2.4.*

PAPISTÆ, quod Antichriſtus Hieroſolymis in templo ſit ſeſſurus & regnaturus, à Judæis pro Meſſia recipiẽdus. *Bell.ib.ca.16.*

86. EVANGELICI: quod Antichriſtus ſedeat, h.e. domicilium & aulam habeat in urbe magna ſepti-colli, quæ tempore B. Johannis Apoſtoli regnum tenuit ſuper reges terræ, h e. ROMÆ.

PAPISTÆ: quod ſedes Antichriſti futura ſit Hieroſolyma, non Roma. *Bell.lib.3.ib.ca.13.* Aliqui tamen evidentia prædictionum coacti metuunt, ne & ROMAE ſit (pulſo ſcilicet Pontifice) ſeſſurus Antichriſtus: *Ribera comment. in Apocal.14.8.*

87. EVANGELICI: quod myſterium iniquitatis per pſeudoapoſtolos & hæreticos jam olim Antichriſto viam ſtraverit: demum labefactato Romanorum Imperio Antichriſtus ipſe ſe exeruerit: quem Dominus ſpiritu oris ſui, h.e. prædicatione Evangelii detectum conficere jam cœpit: illuſtri adventu ſuo totum aboliturus.

PAPISTÆ, quod Antichriſtus demum in fine ſeculi

annos

annos tres cum dimidio ſit regnaturus. *Bellarmin. ibid. ca. 2.*

EVANGELICI: quod Antichriſtus nõ ſit profeſſus Chriſti hoſtis, ſed Pſeudo Chriſtianus, Chriſti vicarium ſe jactans, & Chriſti officium, hoc eſt, Prophetiam, ſacerdotium & regnum ſibi uſurpans, ſub ſpecie Evangelicæ prædicationis CHRISTO ſit contrarius, Chriſtum denegans quem prædicare creditur, ut de eo ſcripſerunt *Hilarius*, cont. Auxent. & *Auguſtinus* contra adverſ. legis & Proph. lib. 2. cap. 12. *88.*

PAPISTÆ: quod Antichriſtus ſit futurus profeſſus Chriſti hoſtis Judæus, Magus. *Bell. ib. ca. 14.*

EVANGELICI, quod denique Antichriſtus ille, perditionis filius, ὁ ἀντικείμενος, ſit PAPA ROMANUS, hodie PAULUS V. dictus cum ſuo regno: teſtante idipſum Inſcriptione à Romanis ei poſita: PAULO V. VICEDEO, &c. Hac enim numerum nominis Beſtiæ 666. præciſe expreſſerunt. *Videatur* MYSTERIUM INIQUITATIS *in liminari pictura.* *89.* *Apoc. 13. 18.*

PAPISTÆ: quod Papa Romanus non ſit Antichriſtus, ſed Chriſti vicarius, Apoſtolus. *Bellarm. lib. 3. de Pontif. per totum.*

De Concilio.

EVANGELICI: quod concilia legitima, particularia & generalia ſint quidem ſalutaria puritatis doctrinæ, & pacis Eccleſiaſticæ tuendęq; media, quatenus haberi poſſunt: ſed non omnino neceſſaria. *90.*

PAPISTÆ: quod concilia generalia quodammodo, particularia ſimpliciter ſint neceſſaria, ad tuendam Eccleſiæ ſalutem. *Bell. lib. 1. de concil. ca. 10.*

EVANGELICI, quod conciliorum authoritas tota pendeat à Dei verbo ſeu Scriptura ſacra, quodq; in Scri- *91.*

pturæ Sacræ authoritatem omnium Episcoporum, siue domi residentium, sive in concilio congregatorum, ipsi, usq; Pontificis Romani vocem & sententiam vltimo tandem resolvi oporteat, siquidem de fide esse debeat.

Papistæ: quod conciliorum authoritas tota pendeat à judicio & nutu Pontificis Romani, tantumque illa valeant, quantum iste voluerit. *Bell.ib.ca.9.*

92. Evangelici: quod conciliorum Ecclesiasticorum non sit nisi de doctrina, fide & disciplina Ecclesiastica secundum Scripturas cognoscere.

Papistæ: quod conciliorum sit non solum de doctrina, fide & religione cognoscere, idq; absolute: sed etjam de bellis gerendis, & de politiis ex usu sedis Romanæ disponendis decernere. *Bell.ib.ca.9.*

93. Evangelici, quod concilia Ecclesiastica convocare sit Imperatoris, Regum & Principum Christianorum, quibus utriusque tabulæ legis divinæ custodia & cura incumbit jure divino. *Deut.17.18.*

Papistæ: quod potestas convocandi concilia generalia, sit penes solum Pontificem Romanum: particularia penes Episcopos alios. *Bell.ib.ca.12.*

94. Evangelici: quod conciliis Imperator vel Princeps Christianus qui convocavit, ipse vel per delegatos præsidere, utque omnia legitime peragantur, Constantini Imperatoris & piorum quorundam Regum exẽplo providere debeat.

Papistæ: quod Concilii Oecumenici præses Imperator aut Princeps secularis esse nequeat, sed solus Pontifex Romanus ipse vel per suos legatos. *Bell.ib.*

95. Evangelici: quod Concilia in decretis fidei errare possint, sæpeque erraverint, & falsa vel contraria statuerint.

PAPISTÆ, quod concilia Pontificis nutu comproba-
ta, etiam particularia, in fide errare non possint: eorumq;
decreta parem cum Scripturis Canonicis veritatem atq;
certitudinem habeant. *Bell. ib. ca. 12.*

EVANGELICI, quod decreta Conciliorum ad Scriptu- 96.
ræ sacræ regulam examinare liceat.

PAPISTÆ: quod in decretis conciliorum Pontificis
authoritate comprobatis omnes simpliciter acquiescere
oporteat: nec cuiquam ea in dubium vocare, aut ad Scri-
pturam examinare fas sit, *Bell. ib. ca. 3. 4.*

EVANGELICI, quod authoritas Conciliorum sit infra 97.
Scripturas sacras, & pendeat à Scripturis.

PAPISTÆ, quod authoritas scripturæ pendeat ab Ec-
clesia & conciliis, & sic concilia sint supra scripturas, servi
supra Dominum: quam blasphemiam Bell. excusat, quod
intelligant *scripturam pendere ab ecclesia & conciliis, non quoad
authoritatem, sed quoad nos*: Sed est inanis tergiversatio. *Ec-
cius* enim expresse scribit, Scripturam non esse authenti-
cam nisi ecclesiæ authoritate. *Eck. in Enchirid. de eccl. prop. 3.
Bell. lib. 2. de concil. ca. 12.*

EVANGELICI: quod Concilia sint supra Papam. 98.

PAPISTÆ, quod Papa sit supra Concilia absolute &
simpliciter. *Bell. ca. 13.*

De Ecclesia eiusque notis.

EVANGELICI: quod Ecclesia Catholica sit universitas 99.
vere credentium in Christum omnium temporum, loco-
rum & hominum.

PAPISTÆ: quod Ecclesia Catholica sit universitas ob-
temperantium Romano Pontifici, *Bell. lib. 3 ca. 2. de Eccl.*

EVANGELICI, quod Ecclesiæ particulares sint visibi- 100.
les: Catholica, ad quam soli vere credentes pertinent,

oculis nō cernatur, sed fide teneatur; quia sanctis ante legem, sub lege, & post legem constat: ideoque nunquam tota simul fuit, est, vel erit in terris: juxta symbolum: *Credo sanctam Catholicam Ecclesiam.*

Papistæ: quod Ecclesia Catholica tantum & semper sit visibilis: sicut visibile est regnum Neapolitanum, &c. quia, jure divino, omnes particulares Ecclesiæ sint dispositæ ad constituendum unum regnum Pontificis, sicut omnes civitates regni Neapolitani sunt dispositæ ad constituendum unum regnum Neapolitanum, &c. Et quod hæc Ecclesia Monarchia sit Romana: Monarcha eius sit Pontifex Romanus. *Bell. ib. ca. 12.*

101. Evangelici, quod Ecclesia quævis particularis visibilis possit aliquando obscurari, atq; etiam deficere, Scriptura & experientia teste.

Papistæ, quod Ecclesia Romana visibilis nunquam à professione veræ fidei deficere potuerit, aut possit. *Bell. lib. 3. de Eccl. ca. 13.*

102. Evangelici, quod Ecclesia quævis particularis visibilis in fide ex parte vel omnino errare possit.

Papistæ, quod Ecclesia Romana visibilis in nullo religionis capite unquam errare potuerit aut possit: utpote columna & stabilimentum veritatis. *Bell. ib. ca. 14.*

103. Evangelici: quod notæ veræ Ecclesiæ sint professio veræ doctrinæ, Propheticæ & Apostolicæ, & usus legitimus Sacramentorum, juxta institutionem divinam.

Papistæ, quod hæ notæ sint omnibus hæresibus communes, ipsaq; Ecclesia obscuriores. *Notæ* veræ sint, nomen Ecclesiæ Catholicæ, antiquitas, duratio, amplitudo, successio Episcoporum, consensus doctrinæ cum Patribus, obedientia erga Papam, sanctitas & efficacia doctrinæ, sanctitas authorū Papatus, miracula, prophetia,

con-

confessio adversariorum, pœnę hostium, felicitas temporalis. *Bell. lib. 4 per totum.*

EVANGELICI: quod Ecclesia Romana ante *Sylvestrum* fuerit quidem Ecclesia vera, particularis: post *Sylvestrum* vero cœperit declinare: Post *Gregorium* tandem sit facta meretrix: hodie sit Ecclesia apostatica, meretrix illa magna quam in deserto vidit B. Johannes. *Apoc. 17. ver. 6, 9. 18.* 104.

PAPISTÆ: quod Ecclesia sua Romana semper manserit casta virgo, Ecclesiarum omnium mater: quodq; nunquam defecerit: quia defectionis author, tempus, circumstantiæ aliæ nullę demonstrari possint, quod est aperte falsum. *Bell. ib. ca. 4. & lib. 1. de Pontifi. Rom. cap. 23.*

EVANGELICI: quod Ecclesiæ Evangelicæ in Germania, Gallia, Britannia, Dania, Suecia, Polonia, Bohemia, Ungaria, sint veræ Christi Ecclesiæ. 105.

PAPISTÆ: quod omnes Ecclesiæ Evangelicæ sint hæreticæ, & nullæ: quodque nemo in illis salutem consequi possit. *Bell. lib. 4. de notis Eccl. cap. 8. & per totum.*

De Sacramentis in genere.

EVANGELICI: quod sacramenta sint signa & sigilla promissionis gratiæ. 106.

PAPISTÆ: quod sint causæ efficientes gratiæ, continentes in se gratiam. *Bell. lib. 1. de sacram. cap. 9. & c. lib. 2. cap. 3. & 6.*

EVANGELICI: quod sacramenta Veteris Testamenti fuerint vera sacramenta, habentia ritibus annexam promissionem Evangelii. 107.

PAPISTÆ: quod vetera Sacramenta fuerint ritus sine verbo promissionis. *Bell. ibid. ca. 18.*

EVANGELICI: quod verbum Sacramentorum sit 108.

promiſſio Evangelii & concionale, h. e. idem docens, quod concio evangelii.

PAPISTÆ, quod verbum Sacramentorũ non ſit promiſſio Evangelii nec verbum concionale, ſed conſecratorium, operatorium, &c. *Bell. ib. ca. 14. 19.*

109. EVANGELICI: quod effectus Sacramentorum ſit confirmare fidem gratuitæ remiſſionis peccatorum, juſtificationis, regenerationis & vitæ æternæ propter Chriſtum: & nos magis ac magis incorporare Chriſto per fidem, & Spiritum ſanctum.

PAPISTÆ, quod effectus ſacramentorum ſit infundere gratiam gratum facientem ſeu juſtitiam habitualem coram Deo. *Bell. lib. 2. ca. 3. de ſacr.*

110. EVANGELICI: quod ſacramentorum uſus legitimus ſit, qui fit cum fide & pœnitentia: & quod abſq; fide adultis nihil proſint, ſed potius noceant ſacramenta.

PAPISTÆ, quod ſacramenta conferant gratiam ex opere operato, etiam abſq; fide & bono motu utentis. *Bell. ib. Biel. in 4. diſt. 1. q. 3.*

111. EVANGELICI: quod tam vetera quam nova ſacramẽta offerant, & in legitimo uſu exhibeant atque obſignent CHRISTUM cum ſuis beneficiis: illa venturum & languidius: iſta exhibitum & efficacius.

PAPISTÆ: quod *vetera* ſacramenta tantum fuerint umbræ & figuræ novorum ſacramentorum: In novis realiter tanquam in vaſis contineantur bona ſpiritualia. *Bell. lib. 1. de Sacram. ca. 4.*

112. EVANGELICI, quod character ſacramentalis ſit ſophiſtarum cõmentum, ipſiſmet, quidnam ſit, an aliquid reale diſtinctum ab anima, an ſolus reſpectus rationis, an relatio realis, an abſoluta qualitas animæ impreſſa, &c. nondum ſatis cognitum aut definitum.

PAPISTÆ: quod tria ſacramenta, baptiſmus, confirmatio, & ordo, characterem animæ indelebilem, quo homo Chriſto configuretur, imprimant. *Bell. lib. ca. 18 19.*

EVANGELICI, quod Sacramenta Novi Teſtamenti 113. proprie dicta non ſint niſi duo, à Chriſto inſtituta, Baptiſmus, & S. Euchariſtia.

PAPISTÆ, quod Novi Teſtamenti ſacramenta proprie dicta ſint ſeptem, Baptiſmus, Confirmatio, Euchariſtia, Pœnitentia, Ordo, Matrimonium, extrema Unctio. *Bell. lib. 2. de Sacr. ca. 24.*

De Baptiſmo.

EVANGELICI quod baptizari non niſi homines Deo 114. confœderati in Eccleſia debeant.

PAPISTÆ, etiam baptizant campanas horrendo abuſu. Vocant illi quidem *benedictionem* libentius, quam *Baptiſmum*; ſed fruſtra tergiverſantur de nomine, cum ad benedictionem campanarum (cuius author fuit Johannes XIII. Papa) omnia requiſita Baptiſmi, S. Trinitatis invocationem, aquam, chriſma, ſal, compatres, nominis impoſitionem, adhibeant. *Bell. lib. 4. de Pontif. c. 12.*

EVANGELICI quod pædobaptiſmus in Sacra Scriptu- 115. ra fundetur, indeque adverſus hæreticos ſufficienter haberi ac defendi poſſit.

PAPISTÆ: quod pædobaptiſmus in ſacra Scriptura nõ habeatur, nec evidenter inde deduci poſſit, ſed ſola traditione Eccleſiæ nitatur & defendi queat contra Anabaptiſtas. *Protocol. Ratisbon. an. 1601. ſeſſ. 12. pag. 133. Bell. lib. 4. cap. 4. de verbo.*

EVANGELICI quod Baptiſmus non ex opere operato, 116. ſed ex fide juſtificet atque regeneret. *Act. 8. 37. Marc. 16. 16.*

PAPISTÆ, quod Baptiſmus ex opere operato con-

ferat gratiam & divina bona, quibus formaliter justificetur, & regeneretur homo. *Bell. lib. 1. cap. 12. de baptis.*

117. EVANGELICI: quod Baptismus Johannis & Christi substantia & fine seu usu idem fuerit.

PAPISTÆ: quod Baptismus Joannis tantum fuerit ablutio externa sine invisibili gratia Dei interius operantis. *Bell. ib. cap. 20. Lombard. lib. 4. dist. 2. c.*

De Confirmatione.

118. EVANGELICI: quod *Confirmatio* non sit sacramentum proprie dictum, à Deo institutum aut mandatum, sed ritus Ecclesiasticus ad examen catechumenorum & εὐταξίαν Ecclesiæ receptus.

PAPISTÆ, quod sit Sacramentum proprie dictum, ex opere operato gratiam conferens, & quidem maiorem, quam ipse Baptismus. *Bell. lib. 2. cap. 1. & 11. de confirm. Lombard. lib. 4. dist. 7. B.*

De Eucharistia.

119. EVANGELICI, quod substantia panis & vini in S. Eucharistia non aboleatur, sed maneat.

PAPISTÆ, quod panis & vinum, vi cōsecrationis quinque verbiæ: *Hoc est enim corpus meum*, in extremo instanti prolationis syllabæ *um* transsubstantietur in ipsum corpus & sanguinem CHRISTI: remanentibus tantum panis & vini accidentibus sine subjecto. *Bell. de Euch. lib. 1. per totum: & lib. 3. ca. 11. &c.*

EVANGELICI, quod extra usum institutum Eucharistia non sit sacramentum corporis & sanguinis Christi. 120.

PAPISTÆ extra usum communionis panis hostiam ut Sacramentum, imo ut ipsum CHRISTUM includunt, circumgestant, servant pro amuletho *Bell. ib. 4. ca. 29 30-*

EVAN-

EVANGELICI, quod consecratio Sacramenti consistat in gratiarum actione, Dominicæ institutionis repetitione, & tota sacra actione. *121.*

PAPISTÆ: quod consecratio panis & vini fiat inhalatione quinq; verborum, *Hoc est enim corpus meum*, cum crucibus & sufflationibus super panem & vinum Canone præscriptis *Bell. ib. ca. 12.*

EVANGELICI: quod Sacramentum sit institutum ad manducationem, non ad adorationem & circumgestationem. *122.*

PAPISTÆ, hostiam panis elevant, ostentant, adorant, circumgestant tanquam ipsum Christum. *Bell. ibid. capi. 29. 30.*

EVANGELICI: quod Sacramentum Eucharistiæ sub utraque specie (ut vocant) sit communicandum omnibus fidelibus. *123.*

PAPISTÆ, à calice excludunt laicos, grandi sacrilegio Sacramentum lacerantes, detestante hoc facinus quorundam sacerdotum suo jam tempore a GELASIO Papa. *Bell ib. ca. 20. &c.*

a Distin. 2. de consecr. c. Comperimus.

De Missa.

EVANGELICI: quod Missa Papistica sit abnegatio unici sacrificii Christi in cruce pro nobis peracti, & horrenda idololatria. *124.*

PAPISTÆ, quod Missa sit sacrificium proprie dictum: & quidem ἱλαστικὸν *propitiatorium* pro culpis, & pro pœnis viventium & mortuorum existentium in cœlo, & in purgatorio: nec non *impetratorium* omnis generis bonorum à Deo: ἀλεξίκακον quoque seu *depulsorium* omnium malorum. *Bell. libris duobus de Missa, per totum.*

EVANGELICI: quod Christus obtulerit se ipsum *125.*

Deo Patri per spiritum æternum, semel: nec moriatur amplius. *Heb.9.v.14 28.*

PAPISTÆ, quod Christus quotidie in Missa à sacrificulo offeratur, immoletur, destruatur, mactetur proprie, incruento modo. *Bell.lib.1.ca.27.de Missa.*

126. EVANGELICI: quod Christus unica oblatione consummaverit omnes, quotquot per eum vera fide ad Deum accedunt. *Heb.10.14.1.Pet.3.18.*

PAPISTÆ negant Christi oblationem prodesse, aut per fidē applicari posse, nisi quotidie pro ipsis CHRISTUS à sacerdotibus immoletur & sacrificetur. *Bellarm.lib. 2 de Missa.ca.6.* qui tamen *lib.2.de Sacram.ca.13.* cum Thoma fatetur, Hebræis meritum Christi per SOLAM FIDEM applicare potuisse.

127. EVANGELICI: quod Eucharistia debeat esse communio.

PAPISTÆ: quod sacrificus solus debeat hostiam consecratam pro populo absumere in Missa. *Bell.ibid.*

128. EVANGELICI, quod Eucharistia debeat peragi lingua vernacula, & clara voce, ut omnes intelligant & ædificentur.

PAPISTÆ: quod Missa sit peragenda lingua Latina vulgo ignota, & quædam mussitanda mysteria, ne populo innotescant & vilescant. *Bell.ib.ca.11.12.*

De pœnitentia.

129. EVANGELICI, quod pœnitentia non sit sacramentum proprie dictum.

PAPISTÆ, quod pœnitentia sit sacramentum proprie dictum. *Bell.lib.1.de pœnitent.ca.8.*

130. EVANGELICI: quod concio pœnitentiæ propria sit Evangelii.

PAPI-

PAPISTÆ, quod lex præcipiat de agenda pœnitentia. *Catech.Rom.pag.419.*

EVANGELICI: quod pœnitentia sit conversio hominis ad Deum, expavescentis iram Dei propter peccata, & quærentis atque petentis remissionem peccatorum, fiducia Mediatoris, seque totum Deo in vivam gratitudinis hostiam consecrantis. 131.

PAPISTÆ: quod pœnitentiæ propositum aboleat peccatum, omnem animæ culpam & maculam abstergat, pro sceleribus Deo satisfaciat: *Catechis.Rom.pag 420.*

EVANGELICI: quod partes pœnitentiæ seu conversionis ad Deum sint contritio, fides, & nova obedientia: seu mortificatio veteris, & vivificatio novi hominis. 132.

PAPISTÆ: quod pœnitentia constet contritione cordis, confessione oris, satisfactione operis: quorum nullum Judæ proditori in desperatione sua defuit. *Bell.lib.1, cap.17. de pœniten.*

De Contritione.

EVANGELICI: quod contritio nulla possit esse peccatis æquivalens: alioqui Christus frustra fuisset mortuus. 133.

PAPISTÆ: quod contritio, si non intensiue & extensive, saltem appretiative (ut sophistice loqui solent) peccatis æquipollere debeat & possit *Bell.lib.2.ca.10.de pœnit.*

EVANGELICI: quod sola fide remissionem peccatorum apud Deum consequamur. Act.26.18. *Ambros.*in 1.Cor.1. 134.
Credens salvus est sine opere, SOLA FIDE *gratis accipiens remissionem peccatorum.*

PAPISTÆ: quod propter contritionem nostram remittat nobis Deus peccata: seu, quod nostra contritio sit causa remissionis peccatorum vere efficiens & meritoria, saltem ex congruo. *Bell.ibid. cap.12.*

135. EVANGELICI, quod contritio absq; fide non sit salutaris, nec conversio ad Deum: sed initium desperationis, & vestibulum inferni.

PAPISTÆ: quod contritio sola cum voto confitendi, hominem Deo reconciliet. *Bell. ib. cap. 13.*

De Confessione.

136. EVANGELICI: quod confessio auricularis & absolutio privata sit libera.

PAPISTÆ: quod sit necessaria ad obtinendam remissionem peccatorum. *Bell. lib. 3. de pœnit. ca. 1.*

137. EVANGELICI: quod enumeratio omnium peccatorum
Psal. 19. 13. sit impossibilis: quia *Delicta quis intelligit?* ideo nec necessaria.

PAPISTÆ, quod omnia peccata cum suis circumstantiis singillatim, particulatim, clanculum sacerdoti enumerari oporteat: alioqui remitti nequeant. *Bell. ib. Catech. Rom. pag. 455.*

De Satisfactione.

138. EVANGELICI: quod satisfactio unica pro nostris peccatis sit Christi λύτρον & meritum.

PAPISTÆ, quod operibus pœnalibus à sacerdote impositis, vel sponte nostra susceptis, pro peccatis nostris ipsi satisfaciamus, & immortalis glorię præmia mereamur. *Catech. Rom. pag. 485.*

EVANGELICI: quod credentibus in Filium Dei remit-
139. tantur peccata, quo ad culpam, & quo ad pœnam simpliciter.

PAPISTÆ quod peccantibus post baptismum remissa culpa remaneat debitum pœnæ luendæ. *Bell. lib. 4. de pœn. cap. 1. 2. Cat. Rom. pag. 478.*

Evangelici: quod pœnæ non ſolum æternæ, ſed & temporales, in quantum pœnæ, fidelibus propter Chri- 140.
ſtum remittantur, vel in caſtigationes paternas convertantur. *1. Cor. 11. 32. Heb. 12. 6.*

Papistæ: quod æternæ quidem pœnæ propter Chriſtum: temporales vero non niſi propter ſatisfactiones noſtras dimittantur. *Bell. ib cap. 4.*

Evangelici: quod afflictiones temporales piorum 141.
non ſint ſatisfactiones pro peccatis, nec pœnæ proprie, ſed vel *παιδεῖαι*, vel *δοκιμασίαι*, vel *μαστίγεια*.

Papistæ: quod afflictiones temporales piorum ſint pœnæ ſatisfactoriæ, quæ operibus laborioſis & pœnalibus ſponte ſuſceptis, aut à ſacerdote injunctis rediini poſſint apud Deum. *Bell. ibid. cap. 3 4. 5. 6. 7.*

De Indulgentiis.

Evangelici: quod *indulgentiæ* Papales ſint fœda Si 142.
monia.

Papistæ: quod indulgentiæ Papales ſint theſaurus Eccleſiæ, ex ſuperfluis Chriſti, B. Mariæ & Sanctorum meritis, per diplomata Papalia ſalutaris applicatio *Bell. lib. 1. c. 1. de Indulg.*

De extrema Unctione.

Evangelici, quod *unctio extrema* nec ſacramentum 143.
ſit, nec ad ſalutem corporis vel animi morituris conferat.

Papistæ: quod ſit ſacramentum proprie dictum à Chriſto inſtitutum ad remiſſionem peccatorum morituris conferendam. *Bell. de extr. unct. lib. 1. cap. 1. 8.*

De Purgatorio.

Evangelici: quod *ignis purgatorius* ſit fabula Pla- 144.

tonica, ad purgandas Principum arcas, Pauperum bursas, locupletandum fiscum Romanum, in Christianismum invecta.

PAPISTÆ: quod purgatorium sit articulus fidei catholicæ. *Bell. lib. 1. de purgat. ca. 11.*

145. EVANGELICI, quod post mortem non detur redemtio: sed defuncti in fide ad Christum, defuncti sine fide ad diabolum illico transeant: Ideo non sit precandum aut offerendum pro mortuis. *Neq. enim* (inquit Augustinus) *est ullus ulli medius locus, ut possit esse, nisi cum Diabolo, qui non est cũ Christo*: lib. 1. de merit. & remiss. pecc. cap. 28.

PAPISTÆ: quod animæ defunctorum precibus, satisfactionibus, oblationibus è purgatorio redimantur: ideo precandum, orandum, offerendum sit pro defunctis. *Bell. ib. ca. 25. &c.*

De Ordinatione.

146. EVANGELICI: quod ordinatio ministrorum cum impositione manuum sit ritus quidem apostolicus & Ecclesiasticus, sed non sacramentum à Christo institutum.

PAPISTÆ: quod ordinatio Episcoporum, Presbyterorum, Diaconorum, Subdiaconorũ, Lectorum, Exorcistarum, Acoluthorum, Janitorum sit Novi Testamenti sacramentum proprie dictum, à Christo institutum. *Bell. ib. lib. 2. cap. 1.*

148. EVANGELICI: quod Episcopus & Presbyter differant non jure divino, sed consuetudine humana, testante id ipsum *Hieronymo. Com. in Tit.* 1.

PAPISTÆ: quod Episcopus Presbytero sit superior potestate ordinis & jurisdictionis, jure divino. *Bell. lib. 1. de memb. Eccl. cap. 14. 15.*

149. EVANGELICI: quod jus eligendi & vocandi pasto-

res.

res, ad Ecclesiam, populum, & Principes Christianos pertineat.

PAPISTÆ: quod jus vocandi & eligendi pastores sit penes solos Episcopos, maxime Pontificem Romanum. *Bell. ib. cap. 2. 7.*

EVANGELICI: quod Ecclesiarum pastoribus & Episcopis æque in Novo atq; olim in Veteri Testamento matrimonium sit concessum jure divino. 149.

PAPISTÆ: quod Pastores & Episcopi conjugati, ab ecclesia sint arcendi, minusq; quam Concubinarii in Ecclesiæ ministerio ferendi. *Bell, ib. cap. 18. 23. Costerus Enchir. de cœlib. Sacerd. Propos. 9.*

EVANGELICI: quod omnis anima, etiam Clerici & Ecclesiarum ministri, magistratui civili subesse debeant jure divino. *Rom. 13. Chrysostomus ib.* 150.

PAPISTÆ: quod nullus Clericus subesse debeat magistratui civili, sed potestate ejus exemptus sit jure, non solum humano, sed etiam divino & naturali. *Bell. ib. cap. 28.*

EVANGELICI: quod monachi sint ecclesiæ & Reipublicæ inutiles, societati humanæ onerosi, Deo ob detestãdas ἐθελοθρησκείας & vitam flagitiosam exosi. 151.

PAPISTÆ: quod monachatus sit status perfectionis Evangelicæ, vitæ æternæ meritorius. *Bell. ib. lib. 2. ca. 2. 6.*

EVANGELICI: quod vota Clericorum & monachorum, quæ vocant paupertatis, continentiæ, & obedientiæ, sint impia occultæ nequitiæ tegumenta: quoniam paupertate sua devorant viduarum domos, ædificant basilicas, collegia, palatia regum superantia: continentia sua pudicitiæ virginum & uxorum alienarum insidiantur, mundum spuriis replent: obedientia sua Pontificem Romanum extollunt supra omne id, quod Deus & numen appellatur. 2. *Thess. 2. 4.* 152.

Papistæ: quod hæc vota Clericorum & Monachorum sint cultus Dei, & perfectio Evangelica, meritoria, supererogatoria. *Bell. ib. cap. 14. &c.*

153. Evangelici: quod qui non vult laborare, non debeat manducare.

Papistæ: quod monachi & Anachoretæ, licet nec verbo nec manu laborent, & nec Ecclesię, nec Reipublicę prosint, tamen ex bonis Ecclesiæ & męndicatione vivere debeant, *Bell. ib. ca. 39.*

De Matrimonio.

154. Evangelici: quod matrimonium non sit sacramentum Novi Testamenti.

Papistæ: quod matrimonium sit sacramentum Novi Testamenti proprie dictum, à Christo institutum. *Bell. lib. 1. de matrimonio cap. 2.*

155. Evangelici: quod nuptiis omnibus sit benedicendum in ecclesia.

Papistæ: quod nuptiis secundis benedici ab ecclesia non debeat. *Bell. ib. c. 9.*

156. Evangelici: quod extra casum adulterii non licet fideli dimittere conjugem infidelem cohabitare volentem. *1. Cor 7. 13.*

Papistæ: quod fidelis dimittens infidelem cohabitare volentem non peccat contra præceptum. *Bell. lib. 1. cap. 12. de matrim.*

157. Evangelici: quod facto ob adulterium divortio personæ innocenti adultera vivēte, iterum nubere liceat.

Papistæ: quod non liceat. *Bell. ib. cap 14.*

158. Evangelici: quod consensus parentum expressus vel tacitus ad matrimonium legitimum requiratur de necessitate præcepti divini: *Honora patrem, &c.*

Papi-

PAPISTÆ: quod consensus parentum requiratur tantum de honestate civili. *Bell. ib. ca. 19. 20.*

EVANGELICI: quod vota monastica Theologice & civiliter reperiantur illicita. 159.

PAPISTÆ, quod vota monastica impediant matrimonium contrahendum, dirimant consummatum. *Bellarm. ib. cap. 21.*

EVANGELICI: quod cognatio spiritualis & legalis, h. e. compaternitas & adoptio non impediant matrimonium. 160.

PAPISTÆ: quod impediant matrimonium, *Bell. ibid. cap. 30.*

EVANGELICI: quod ex scortatione nihil nisi macula & dedecus familiæ exsistat. 161.

PAPISTÆ, quod ex scortatione sit vera affinitas. *Bell. ibidem.*

EVANGELICI: quod ordo Ecclesiasticus non impediat nec solvat matrimonium: & quod episcopus debeat esse unius uxoris maritus: non polygamus, non concubinarius, non scortator vel adulter. 162.

PAPISTÆ, quod clerico vel Episcopo non liceat esse unius uxoris marito, nec uxori cohabitare vel reddere debitum: liceat vero potius esse scortatori, concubinario. *Bell. ib. Costerus Enchir ca. 17. prapos. 9.*

De Magistratu Civili.

EVANGELICI: quod ad Principes Christianos etiam pertineat cura religionis, & ecclesiæ reformatio, quippe custodes utriusq; tabulæ legis, jure divino. *Deut. 17. 18.* 163.

PAPISTÆ: quod cura & cognitio de religione ad magistratum nullatenus pertineat, sed teneatur ipse credere & exsequi, quicquid Episcopi decreverint, sive id in-

telligat verum vel æquum esse, sive non. *Bell. lib. 3. cap. 17. 18 de magistr.*

164. EVANGELICI: quod Principes, Reges, Imperatores Christiani potestatem suam habeant à Deo, vel hæreditaria successione, vel legitima electione, vel jure belli.

PAPISTÆ: quod omnes Principes, Reges, Imperatores Christiani potestatem suam habeant à Papa, penes quem sit deponere, evehere, quos velit, pro sedis Romanæ commodo. *Bell. lib. 5. de Pontif cap. 6.*

165. EVANGELICI: quod magistratibus etiam duris, & impiis, civiliter, in rebus non illicitis sit obtemperandum, proque eorum conversione & salute orandum.

PAPISTÆ: quod Reges & Principes, qui Papæ subesse nolunt, sint hæretici & tyranni, quos cuivis subdito, privato, perimere veneno ferrove liceat: opere maxime meritorio. *Marian. de Instit. Reg. lib. 1. ca. 6. 7. Becanus Iesuita in controv. Anglicana:* Quid interest ferro an veneno perimas?

PLURA hujus generis colligi poterant: sed ista sufficiunt plus satis. Considerent nunc Theologi, considerent Politici, an non magis vera sit assumtio, magis etiam vera conclusio argumenti propositi: hoc modo: Quibus magis affines doctrina sunt Lutherani, iis magis fidere & cōversari debēt. Magis vero affines doctrina sunt Orthodoxis, quos Calvinianos vocant, quam Papistis Antichristianis. Magis igitur fidere & conversari debent Lutherani Orthodoxis Calvinianis, quam Papistis Antichristianis.

CAPUT

CAPUT XXVI.

Qui præcipue articuli inter Evangelicos controversi in Synodo sint ponderandi ac definiendi.

EMISIT non ita pridem sacrificus quidam Polonus Vilnensis *Andreas Iurgiecoicius* libellum calumniis, mendaciis, nugis perbellum, Coloniæ excusum, sub titulo: BELLUM QUINTI EVANGELII: quo quidquid uspiam à *Lutheranis* dicacioribus in *Calvinistas*, aut ab his vicissim in illos intemperantius dictum, scriptumve reperire potuit, theatrice ad modum quasi in fabula produxit: nempe ut conficeret, tam hos quam illos hæreticos damnatos esse, neq; ullum inter eos in fide consensum conciliari posse. Qualibus vero argumentis? Putidis & futilibus adeo, ut quod sciam nemo hactenus hominem verbo dignum judicaverit. *Westphalus*, inquit, *Calvinum: Calvinus VVestphalum hæreticum vocavit. Ambo igitur hæretici. Schlusselburgius Calvinistas criminatur hæreticos, sacramentarios, atheos, &c. Sunt igitur. Vicissim Calvinistæ Schlusselburgium dicunt crassum Flacianum, Vbiquitarium, hæreticum, mendacem, sycophantam, infamem. Est igitur. Evangelici igitur omnes hæretici.* Belle profecto: Sed magis belle sic. *Evangelici omnes Papam dicunt Antichristum. Est igitur. Iesuitas & sacrificos Papæ dicunt Antichristi mancipia, adulatores, pessimos hæreticos, Idololatras. Sunt igitur.*

CLAMAT, Bellum Evangelicorum esse ἄσπονδον, contradictiones eorum immensum exaggerat quasi irreconciliabiles. Sed rabula non vidit manticæ, quod in tergo est. Videamus igitur Evangelicorum bellum, quam sit grave, quam ἄσπονδον: mox vero & Papistarum bellum, sitne aliquod, & quantum, in theatro spectemus.

Dissidium evangelicorum unde ortũ.

DISSIDIUM Evangelicorum quod supra dixi, primitus ex contentione LUTHERI & CAROLOSTADII de re Eucharistica ortum duxisse constat. Cum vero *Carolostadius* deposito errore tandem Helvetiis sese ecclesiis conjunxisset, ad eosdem contentio derivari, & inter Lutherum ac Zwinglium scriptis polemicis agitari cœpit, annis circiter quinque, usque ad annum superioris seculi XXIX, quando *Marpurgi* conventu Theologorum utriusque partis instituto, post aliquot dierum placidam de Sacra Cœna, deque aliis doctrinæ capitibus in quibus dissentire putabantur, disceptationem, pius per omnia consensus sancitus fuit, etiam de Eucharistia; una quæstione excepta, de qua conveniri non potuit: *Utrum verum corpus & sanguis Christi in pane & vino Eucharistiæ adsint corporaliter?* Cujus consensus capita supra cap. XX. exposui. Convenerunt Evangelici in omnibus. Scrupulus unicus tolli nō potuit, qui exinde (quorum culpa, sat constat) Ecclesias divexavit. An vero Papistæ nullo scrupulo vexantur? Id vero mox videbimus.

Consensus Marpurgensis.

Quæstio una cõtroversa.

A Marpurgensi consensu qui nam secesserint.

SED jam pridem (clamant) ab hoc consensu recessum fuit. Quando igitur & à quibus? HELVETIORUM Ecclesiæ, cum quibus Orthodoxæ omnes concordant, de consensu Marpurgico in hunc usque diem transversum verbum non mutaverunt. Neque LUTHERUS, quamdiu vixit, quicquam aliud in illis desiderare potuit, quam quod præsentiam realē corporis Christi in pane credere

non

non vellent. Post obitum *Lutheri* & *Melanchthonis*: quantumvis à nonnullis Lutheranis, causæ suæ metuentibus, quæstio alia de UBIQUITATE corporis Christi moveretur: tamen controversia de præsentia Christi corporali in pane semper mansit præcipua. Propter hanc enim altera subsidiaria excogitata fuit. Atqui utrique, maxime posteriori Lutheranorum sententiæ *de ubiquitate*, tanquam monstroso dogmati, Jesuitæ & Papistæ omnes, non minus quam Helvetii & Orthodoxi alii semper contradixerunt, hodieq; contradicunt. An vero volunt Papistæ, ut Evangelici in monstroso dogmate ab ipsismet damnato consentiant?

SINT igitur sane jam duæ Evangelicorum controversiæ: *una* Marpurgica, de corpore Christi latente in pane Eucharistiæ. *Altera* de ejusdem Ubiquitate. Affirmant Lutherani, negant Orthodoxi utramque. Disceptatum est diu multumque de utraque, Theologorum colloquiis & scriptis: sed consensus obtineri nondum potuit. Conveniens ergo fuerit, tandem aliquando legitimæ Evangelicorum Synodi desuper audire judicium atque sententiam. *Duæ Evangelicorũ controversia.*

NONNESCIO plures inter quosdam esse quæstiones DE S. COENA agitatas & adhuc agitari: *Num* corpus Christi edatur ore corporeo, an sola fide? *Quæstiones aliæ cõtroversæ cuiusmodi sint.*

NUM Christus edatur etiam ab impiis: an à solis fidelibus?

NUM verba Domini: *Hoc est corpus meum*: intelligenda sint synechdochice, pro: *In hoc pane est corpus meum?* an vero metonymice, pro, *Hic panis est Sacramentum sive sacrum signum corporis mei?*

ITEM DE PERSONA CHRISTI: *Num* unio personalis duarum naturarum in Christo pariat realem com-

municationem Jdiomatum in abstracto seu in naturis? an tantum in concreto seu in persona? Quorum prius in singulis *Lutherani:* posterius *Orthodoxi* tuentur. Verum has omnes à duabus prioribus pendere, nemo est qui non intelligat.

Post colloquium MOMPELGARDENSE anno CIↃIↃ LXXXVI insuper nonnullæ alię non à nostris, sed à Lutheranis motę fuerunt controversiæ:

De BAPTISMO: An virtus regeneratrix alligata atque affixa sit aquæ?

An minister simul aquam & Spiritum regenerantem manu sua conferat, & baptizatis infundat?

An omnes foris tincti aqua, intus tingantur Spiritu?

An mulieribus obstetricantibus, vel aliis quibusque laicis, præter ordinarios verbi ministros, baptizare liceat?

DE STATUIS & IDOLIS: An recte in templis Christianorum tolerentur?

DE FRACTIONE PANIS in Eucharistia: An sit adiaphora, quam negligere liceat?

DE PRÆDESTINATIONE: An Deus omnes homines elegerit ad vitam æternam? Et si non omnes, sed aliquos tantum: an hos elegerit, alios reprobaverit propter præ visam eorum fidem vel infidelitatem?

In quibus omnibus Lutherani sententiam affirmantem, Orthodoxi negantem defendunt.

ATQUI hæc vere inania fuerunt vitiligia, quæ LUTHERUS, si viveret, in suis sectatoribus minime probaret. Non ignorabat ille Marpurgi Helveticas Ecclesias de his omnibus idem sentire, quod hodie sentiunt. Litem tamen de his nullam eis movit, sed consensum cum eis per omnia testatus est, una illa dissensione de existentia

corporis Christi in pane excepta. Non igitur Orthodoxi, sed Lutheri sectatores consensum Marpurgicum novis his litibus turbaverunt.

NEQUE LUTHERUS in plerisque stat pro illis, sed contra illos pro nobis. *Thomisticum* enim commentum de virtute regeneratrice aquæ Baptismi alligata vel affixa, disertis verbis damnavit in articulis Mantuanis, his verbis: Wir haltens nicht mit Thoma und den Prediger Mönchen/ die des Worts (GOttes Einsetzung) vergessen / und sagen Gott habe eine Geistliche Krafft ins Wasser gelegt / welche die Sünden durchs Wasser abwasche/ hoc est, *Non sentimus cum Thoma & Dominicanis, qui institutionis divinæ obliti, dicunt, Deum vim spiritualem aquæ impressisse, quæ peccata per aquam abluat, &c.* Hoc vero commento convulso, jacent omnia alia, quæ inde pendent.

Lutherus de fractione panis & de prædestinatione stat pro Orthodoxis.

FRACTIONEM panis in Eucharistia constat, LUTHERUM libro de abusu Missæ orthodoxe asseruisse. Expresse enim ibi scripsit, *frangere panem nihil esse aliud, quàm panem benedictum in multa frusta partiri, & hanc fractionem æquè atque distributionem in Eucharistia esse necessariam, tum propter trium Euangelistarum consensum, qui omnes testantur, Christum panem benedictum manibus fregisse, & fractionem suo exemplo nobis commendasse: tum propter expressum Christi mandatum de fractione & distributione pariter enunciatum:* HOC FACITE.

Lutherus de prædestinatione stat pro reformatis Ecclesiis.

IN ARTICULO *de Prædestinatione* luce meridiana clarius est, LUTHERUM stare cum reformatis Ecclesiis: *Lutheranos* vero à *Lutheri* doctrina defecisse, & eandem nimis inconsiderate in Orthodoxis oppugnare, hoc est, Lutherum per Orthodoxorum latus imprudentes confodere. Nihil enim hi à Luthero dissentiunt, suntque parati LUTHERUM de hac controversia Judicem ferre.

Nondum aureus LUTHERI libellus DE SERVO ARBITRIO adversus *Erasmum* scriptus plane oppressus, vel amissus est, vel hominum manibus & memoria excidit, in quo prorsus Orthodoxe controversiam illam tractavit. Teruntur quoq; vulgi manibus BIBLIA Germanica *Lutheri*, in quibus præfatio Epistolæ Paulinæ ad Romanos & notæ marginales non paucæ, non Lutheranorum, sed Orthodoxorum sententię adstipulantur, pręsertim ad caput IX. eiusdem Epistolæ: quas proferre hoc loco brevitatis causa supersedeo.

VERUM enimvero congerant, cumulent lites nostras *Papistæ*, quantum volunt & valent: non reperient nisi has commemoratas, quæ omnes ex una Marpurgica ortũ traxerunt. Nec ulla tamen (si æquiore trutina ponderentur) ex earum est genere, quæ fundamentum & summam fidei Catholicæ directe concernunt, & quarum ignoratio est damnabilis per se: sed omnes ad id genus pertinent, quo conclusiones Theologicæ (de quibus supra aliquoties, præsertim cap. XXIV.) non tam singulis salvandis, quam Theologis perficiendis necessariæ continentur. Quicquid præterea dissensionum obiicitur, sunt VEL discrepantes Scripturarum quarundam interpretationes, quibus veterum & recentiorum interpretum commentarii pleni sunt, salva fidei & charitatis compage: VEL inanes λογομαχίαι: VEL putidæ calumniæ, de quibus paulo post. Hæc igitur sunt omnia, ex quibus rabula ille BELLUM Evangelicorum conflavit. De his proinde in Synodo Evangelicorum præcipue tractandum. quæ si ad formam supra delineatam aliquando instituetur, haud desperanda est tandem, annuente divina misericordia, omnium dissidiorum nostrorum conciliatio.

CAPUT XXVII.

Bellum Papisticum: seu de contradictionibus Papistarum in doctrina fidei.



CEDO autem Sophistarum & Monachorum BELLUM. Iliada contradictionum & conflictuum capitalium nullo negocio quis texeret, qui chartarum prodigus esse vellet, quos decem Conciliis hactenus non conciliaverunt, neque unquam conciliabunt: quantumvis PAPA omnes illos Cadmæos fratres purpura sua tegat, authoritate compescat. Non dicam, quam cruentis conflictibus ipsi PAPÆ & ANTIPAPÆ, sacerrimi illi B. PETRI successores, sese mutuo sæpissime de throno præcipitaverint: DECRETA sua ex Cathedra facta mutuo profligaverint. Plenæ sunt tam bellæ unitatis omnes PAPARUM historiæ. Neque tangam vlcera Monachorum, qui in sectas innumeras divisi, regulis suis de perfectione capitaliter mutuo decertant. *Benedictorum* offis invident mendicantes: *Dominicanos Franciscani* ut hæreticos aversantur, contaminatam B. Virginis conceptionem adstruentes. Utrosque *Carthusianorum* perfectior Regula ex alto despicit. Omnes nova *Pharisæorum* secta Jesuitica ceu ventres ignavos insectatur, eorumque culinis insidiatur. Horum rursus hypocrisin & crescentem potentiam rodunt *Capuzini*, Franciscani reformati. Mittam Sophistarum monstrosas cõcertationes tum circa opiniones alias, tum circa fidem ipsam: Unde *Thomistarum*, *Scotistarum*, *Occamistarum*, *Re*

alium, Nominalum, &c. familiæ exortæ, capitaliter invicem dissidentes: quibus componendis nec PETRI clavis, nec PAVLI gladius hactenus satis fuit. Contradictiones tantum insigniores Papalium Doctorum secundum capita præcipua fidei Theologicæ in conspectum lectoribus producam.

CONTRADICTIONES PAPISTARUM

De S. Scriptura.

1. SEPTEM capita *Esther* esse canonica & genuina, cum Hieronymo NEGAT Lyra, Hugo, Caietanus. AFFIRMAT concilium Tridentinum, contra Concilium *negat* idem Sixtus Senensis in Bibliotheca lib. 1. Sixtum Senensem *refutat* Bellarminus *lib. 1. cap. 7. de verbo Dei.*

2. *Baruch* esse prophetam Canonicum *negat* Johannes Driedo: *affirmat* concilium Tridentinum. *Bellarm. lib. 1. ca. 8. de verbo.*

3. *Historiam Susannæ* esse adulterinam *affirmat* Driedo, Erasmus: *Negat* Bellarminus *ib. cap. 9.*

4. *Tobiam, Iudith, Sapientiam, Siracidem & duos Maccabæos* Canonicos esse *negat* cum Hieronymo Caietanus Cardinalis *affirmat* contra hos Bellarminus *ib cap. 10.*

5. *Epistolam ad Hebræos* esse canonicam, & esse Pauli, *negat* cum Erasmo Caietanus: *affirmat* Bellarminus *ibidem cap. 17.*

Epistolam Iacobi, Iudæ, secundam Petri: secundam & tertiam Iohannis esse canonicas & suorum authorum *negant* Erasmus, Caietanus: *affirmat* & refellit utrumque Bellarminus *ib. cap. 18.* 6.

Apocalypsin esse Johannis Evangelistæ, & canonicam negat Erasmus: *affirmat* Bellarminus *ib. cap. 19.* 7.

Librum quartum Esdræ esse canonicum *affirmat* Genebrardus in Chronol. pag. 188. *Negat* Bellarminus *ibidem cap. 20.* 8.

Quod Judæi depravaverint quædam Scripturarum loca in textu Hebræo *affirmat* Melchior Canus Papista: *refutat* hunc Bellarminus *lib. 2. de verbo ca. 2.* 9.

Quod author vulgatæ editionis sit Hieronymus, *negat* Sanctes Pagninus & Paulus Forosemproniensis: *affirmant* Aug. Eugubinus, & Johan. Picus Mirandulanus. Mixtam volunt Sixtus, Driedo & Bellarminus, *ib. cap. 9.* 10.

De Deo.

Utrum naturæ viribus cognosci possit, Deum esse, & esse unum, Petrus ab Alliaco *negat*, Thomas & Bellarminus affirmant. *lib. 4. de grat. & lib arb. cap. 2.* 11.

Magister sententiarum Lombardus vult, nomina numeralia *Trinus* & *Trinitas*, non dicere positionem, sed privationem tantum in Deo: Parisienses Sorbonistæ Magistro contradicunt: *lib. 1. dist. 24. ca. si diligenter.* 12.

Idem Lombardus dicit, Deum omnia semper posse, quæ aliquando potuit: posse hodie adhuc incarnari, mori, quia aliquando potuit, &c. *Negant* hoc, & non tenent Magistrum Papistæ alii *lib. 1. dist. 44.* 13.

De *Angelis.*

Quod Angeli non meruerint beatitudinem per gra- 14.

tiam sibi datam, sed quod præmium præcesserit meritũ, & postea meruerint per obsequia fidelibus exhibita: *affirmat* Lombardus: *negant* Sorbonistæ, *lib. 2. dist. 5. cap. Hic quæri.*

15. Quod angeli in præmio & in merito proficiant usq; ad diem judicij, *affirmat* Lombardus: *Negant* alii: ibidem *dist. 11. cap. Præterea.*

De gratia primi hominis.

16. Quod primus homo gratiam gratum facientem acceperit in creatione Lombardus & Scotus *negant*: Albertus & Thomas *affirmant.* Bell. de grat. prim. hom. cap. *3.*

17. Quod rectitudo, quam primus homo in creatione accepit, fuerit donum supernaturale Bellarminus, & Dominicus A sotus *Affirmant.* Alii Papistæ insigniter docti *negant* Bell *ibid. cap. 5.*

18. Quod homo ante peccatum sine medio Deum videbat, tenet Lombardus: Sorbonistæ Magistrum non tenent. *Lomb. lib. 4. dist. 1.*

19. Adamum cum posteris potuisse mori, & fuisse moriturum, quantumvis non peccasset, cum Pelagianis & Socino sentit Eugubinus Papista: Addit tamen, se si id forte sit cõtra fidem, retractare velle. Quasi vero, quid de fide, vel contra fidem sit ignorare debuerit tantus Doctor: alii Papistæ recte negant, *Bell. ibid. cap. 8.*

De amissione gratiæ & statu Peccati.

20. Quod peccata quædam sua natura mortalia, quædam venialia ex stant, Scholastici communiter *affirmant*: Gerson & Roffensis *negant* Bell. de *amiss. lib. 1. cap. 4.*

21. Quod primum peccatum primorum parentum fuerit superbia *affirmat* Thomas & plerique, Bonaventura &

Scotus volunt, fuisse inordinatum amorem erga conjugem *Bell.lib.3.cap.4.*

Quod primum peccatum in statu innocentiæ potuerit esse & fuerit veniale, *affirmat* Scotus, & qui eum sequuntur: *Negat* Thomas, Albertus, Bonaventura & plerique. *Bell.ib.cap.8.* 22.

De peccato originali.

Augustini sententiam ex l.5. contra Jul.c.3. quomodo peccatum Originale traducatur, quod vel anima & corpus vitiatum traducatur à parentibus, vel anima pura in corpore, ut in vase vitiato corrumpatur, Bellarminus reijcit. Affert *aliam* Alexandri Alens. & Bonaventuræ, quam ipsam quoq; refellit: & profert *tertiam* ex Anshelmo, Scoto, Durando, Thoma, ad traductionem peccati originalis nihil aliud requiri, nisi ut homo per veram generationem ab Adamo descendat. *Bell.lib.4.c.12.* 23.

Quod Adam de massa substantiæ suæ modicum quiddam transmiserit in corpora filiorum & posterorũ quodque de cibis nihil extrinsecum ei modico accrescat: sed quod ab Adam descendit, propagatione auctum & multiplicatum resurget in judicio, statuit Lombardus: In hoc vero Magister ab aliis Papistis non tenetur. *Lomb.lib.2.dist. 30.cap.quib.* 24.

Quod B. Maria sine peccato originali sit concepta, *negant* Dominicani Monachi, Capreolus, Caietanus, &c. *affirmat* concilium Tridentinum, Sixtus IV. & Pius V. Papa: Bellarminus affirmativam quidem defendit, sed dicit, non esse de fide: nec tamen contra fidem. *Bell. ibid. cap. 15.16.* 25.

Quod peccatum Originale unum sit in omnibus, *affir-* 26.

CLAMAT, Bellum Evangelicorum esse ἄσπονδον, contradictiones eorum immensum exaggerat quasi irreconciliabiles. Sed rabula non vidit manticæ, quod in tergo est. Videamus igitur Evangelicorum bellum, quam sit grave, quam ἄσπονδον: mox vero & Papistarum bellum, sitne aliquod, & quantum, in theatro spectemus.

Dissidium evangelicorum unde ortũ.

DISSIDIUM Evangelicorum quod supra dixi, primitus ex contentione LUTHERI & CAROLOSTADII de re Eucharistica ortum duxisse constat. Cum vero *Carolostadius* deposito errore tandem Helvetiis sese ecclesiis conjunxisset, ad eosdem contentio derivari, & inter Lutherum ac Zwinglium scriptis polemicis agitari cœpit, annis circiter quinque, usque ad annum superioris seculi XXIX, quando *Marpurgi* conventu Theologorum utriusque partis instituto, post aliquot dierum placidam de Sacra Cœna, deque aliis doctrinæ capitibus in quibus dissentire putabantur, disceptationem, pius per omnia consensus sancitus fuit, etiam de Eucharistia; una quæstione excepta, de qua conveniri non potuit: *Utrum verum corpus & sanguis Christi in pane & vino Eucharistiæ adsint corporaliter?* Cujus consensus capita supra cap. XX. exposui. Convenerunt Evangelici in omnibus. Scrupulus unicus tolli nõ potuit, qui exinde (quorum culpa, sat constat) Ecclesias divexavit. An vero Papistæ nullo scrupulo vexantur? Id vero mox videbimus.

Consensus Marpurgensis.

Quæstio una controversa.

A Marpurgensi consensu qui nam secesserint.

SED jam pridem (clamant) ab hoc consensu recessum fuit. Quando igitur & à quibus? HELVETIORUM Ecclesiæ, cum quibus Orthodoxæ omnes concordant, de consensu Marpurgico in hunc usque diem transversum verbum non mutaverunt. Neque LUTHERUS, quamdiu vixit, quicquam aliud in illis desiderare potuit, quam quod præsentiam realẽ corporis Christi in pane credere

non

non vellent. Post obitum *Lutheri* & *Melanchthonis*: quantumvis à nonnullis Lutheranis, causæ suæ metuentibus, quæstio alia de UBIQUITATE corporis Christi moveretur: tamen controversia de præsentia Christi corporali in pane semper mansit præcipua. Propter hanc enim altera subsidiaria excogitata fuit. Atqui utrique, maxime posteriori Lutheranorum sententiæ *de ubiquitate*, tanquam monstroso dogmati, Jesuitæ & Papistæ omnes, non minus quam Helvetii & Orthodoxi alii semper contradixerunt, hodieq; contradicunt. An vero volunt Papistæ, ut Evangelici in monstroso dogmate ab ipsismet damnato consentiant?

Dua Evangelicorũ controversia.

SINT igitur sane jam duæ Evangelicorum controversiæ: *una* Marpurgica, de corpore Christi latente in pane Eucharistiæ. *Altera* de ejusdem Ubiquitate. Affirmant Lutherani, negant Orthodoxi utramque. Disceptatum est diu multumque de utraque, Theologorum colloquiis & scriptis: sed consensus obtineri nondum potuit. Conveniens ergo fuerit, tandem aliquando legitimæ Evangelicorum Synodi desuper audire judicium atque sententiam.

Quæstiones aliæ cõtroversæ cujusmodi sint.

NONNESCIO plures inter quosdam esse quæstiones DE S. COENA agitatas & adhuc agitari: *Num* corpus Christi edatur ore corporeo, an sola fide?

NUM Christus edatur etiam ab impiis: an à solis fidelibus?

NUM verba Domini: *Hoc est corpus meum*: intelligenda sint synechdochice, pro: *In hoc pane est corpus meum?* an vero metonymice, pro, *Hic panis est Sacramentum sive sacrum signum corporis mei?*

ITEM DE PERSONA CHRISTI: *Num* unio personalis duarum naturarum in Christo pariat realem com-

municationem Jdiomatum in abſtracto ſeu in naturis? an tantum in concreto ſeu in perſona? Quorum prius in ſingulis *Lutherani:* poſterius *Orthodoxi* tuentur. Verum has omnes à duabus prioribus pendere, nemo eſt qui non intelligat.

Poſt colloquium MOMPELGARDENSE anno CIƆIƆ LXXXVI inſuper nonnullæ aliæ non à noſtris, ſed à Lutheranis motę fuerunt controverſiæ:

De BAPTISMO: An virtus regeneratrix alligata atque affixa ſit aquæ?

An miniſter ſimul aquam & Spiritum regenerantem manu ſua conferat, & baptizatis infundat?

An omnes foris tincti aqua, intus tingantur Spiritu?

An mulieribus obſtetricantibus, vel aliis quibuſque laicis, præter ordinarios verbi miniſtros, baptizare liceat?

DE STATUIS & IDOLIS: An recte in templis Chriſtianorum tolerentur?

DE FRACTIONE PANIS in Euchariſtia: An ſit adiaphora, quam negligere liceat?

DE PRÆDESTINATIONE: An Deus omnes homines elegerit ad vitam æternam? Et ſi non omnes, ſed aliquos tantum: an hos elegerit, alios reprobaverit propter prævisam eorum fidem vel infidelitatem?

In quibus omnibus Lutherani ſententiam affirmantem, Orthodoxi negantem defendunt.

ATQUI hæc vere inania fuerunt vitiligia, quæ LUTHERUS, ſi viveret, in ſuis ſectatoribus minime probaret. Non ignorabat ille Marpurgi Helveticas Eccleſias de his omnibus idem ſentire, quod hodie ſentiunt. Litem tamen de his nullam eis movit, ſed conſenſum cum eis per omnia teſtatus eſt, una illa diſſenſione de exiſtentia

corporis Christi in pane excepta. Non igitur Orthodoxi, sed Lutheri sectatores consensum Marpurgicum novis his litibus turbaverunt.

NEQUE LUTHERUS in plerisque stat pro illis, sed contra illos pro nobis. *Thomisticum* enim commentum de virtute regeneratrice aquæ Baptismi alligata vel affixa, disertis verbis damnavit in articulis Mantuanis, his verbis: Wir haltens nicht mit Thoma vnd den Prediger Mönchen/ die des Worts (GOttes Einsetzung) vergessen / vnd sagen Gott habe eine Geistliche Krafft ins Wasser gelegt / welche die Sünden durchs Wasser abwasche/ hoc est, *Nonsentimus cum Thoma & Dominicanis, qui institutionis divinæ obliti, dicunt, Deum vim spiritualem aquæ impressisse, quæ peccata per aquam abluat, &c.* Hoc vero commento convulso, jacent omnia alia, quæ inde pendent.

Lutherus de fractione panis & de prædestinatione stat pro Orthodoxis.

FRACTIONEM panis in Eucharistia constat, LUTHERUM libro de abusu Missæ orthodoxe asseruisse. Expresse enim ibi scripsit, *frangere panem nihil esse aliud, quàm panem benedictum in multa frusta partiri, & hanc fractionem æquè atque distributionem in Eucharistia esse necessariam, tum propter trium Euangelistarum consensum, qui omnes testantur, Christum panem benedictum manibus fregisse, & fractionem suo exemplo nobis commendasse: tum propter expressum Christi mandatum de fractione & distributione pariter enunciatum:* HOC FACITE.

Lutherus de prædestinatione stat pro reformatis Ecclesiis.

IN ARTICULO *de Prædestinatione* luce meridiana clarius est, LUTHERUM stare cum reformatis Ecclesiis: *Lutheranos* vero à *Lutheri* doctrina defecisse, & eandem nimis inconsiderate in Orthodoxis oppugnare, hoc est, Lutherum per Orthodoxorum latus imprudentes confodere. Nihil enim hi à Luthero dissentiunt, suntque parati LUTHERUM de hac controversia Judicem ferre.

Nondum aureus LUTHERI libellus DE SERVO ARBITRIO adversus *Erasmum* scriptus plane oppressus, vel amissus est, vel hominum manibus & memoria excidit, in quo prorsus Orthodoxe controversiam illam tractavit. Teruntur quoq; vulgi manibus BIBLIA Germanica *Lutheri*, in quibus præfatio Epistolæ Paulinæ ad Romanos & notæ marginales non paucæ, non Lutheranorum, sed Orthodoxorum sententię adstipulantur, prę sertim ad caput IX. eiusdem Epistolæ: quas proferre hoc loco brevitatis causa supersedeo.

VERUM enimvero congerant, cumulent lites nostras *Papistæ*, quantum volunt & valent: non reperient nisi has commemoratas, quæ omnes ex una Marpurgica ortū traxerunt. Nec ulla tamen (si æquiore trutina ponderentur) ex earum est genere, quæ fundamentum & summam fidei Catholicæ directe concernunt, & quarum ignoratio est damnabilis per se: sed omnes ad id genus pertinent, quo conclusiones Theologicæ (de quibus supra aliquoties, præsertim cap. XXIV.) non tam singulis salvandis, quam Theologis perficiendis necessariæ continentur. Quicquid præterea dissensionum obiicitur, sunt VEL discrepantes Scripturarum quarundam interpretationes, quibus veterum & recentiorum interpretum commentarii pleni sunt, salva fidei & charitatis compage: VEL inanes λογομαχίαι: VEL putidæ calumniæ, * de quibus paulo post. Hæc igitur sunt omnia, ex quibus rabula ille BELLUM Evangelicorum conflavit. De his proinde in Synodo Evangelicorum præcipue tractandum. quæ si ad formam supra delineatam aliquando instituetur, haud desperanda est tandem, annuente divina misericordia, omnium dissidiorum nostrorum conciliatio.

CAPUT XXVII.

Bellum Papisticum: seu de contradictionibus Papistarum in doctrina fidei.



CEDO autem Sophistarum & Monachorum BELLUM. Iliada contradictionum & conflictuum capitalium nullo negocio quis texeret, qui chartarum prodigus esse vellet, quos decem Conciliis hactenus non conciliaverunt, neque unquam conciliabunt: quantumvis PAPA omnes illos Cadmæos fratres purpura sua tegat, authoritate compescat. Non dicam, quam cruentis conflictibus ipsi PAPÆ & ANTIPAPÆ, sacerrimi illi B. PETRI successores, sese mutuo sæpissime de throno præcipitaverint: DECRETA sua ex Cathedra facta mutuo profligaverint. Plenæ sunt tam bellæ unitatis omnes PAPARUM historiæ. Neque tangam vlcera Monachorum, qui in sectas innumeras divisi, regulis suis de perfectione capitaliter mutuo decertant. *Benedictorum* offis invident mendicantes: *Dominicanos Franciscani* ut hæreticos aversantur, contaminatam B. Virginis conceptionem adstruentes. Utrosque *Carthusianorum* perfectior Regula ex alto despicit. Omnes nova *Pharisæorum* secta Jesuitica ceu ventres ignavos insectatur, eorumque culinis insidiatur. Horum rursus hypocrisin & crescentem potentiam rodunt *Capuzini*, Franciscani reformati. Mittam Sophistarum monstrosas cõcertationes tum circa opiniones alias, tum circa fidem ipsam: Unde *Thomistarum, Scotistarum, Occamistarum, &c*

alium, Nominalum, &c. familiæ exortæ, capitaliter invicem dissidentes: quibus componendis nec PETRI clavis, nec PAVLI gladius hactenus satis fuit. Contradictiones tantum insigniores Papalium Doctorum secundum capita præcipua fidei Theologicæ in conspectum lectoribus producam.

CONTRADICTIONES
PAPISTARUM

De S. Scriptura.

1. SEPTEM capita *Esther* esse canonica & genuina, cum Hieronymo NEGAT Lyra, Hugo, Caietanus. AFFIRMAT concilium Tridentinum, contra Concilium *negat* idem Sixtus Senensis in Bibliotheca lib. 1. Sixtum Senensem *refutat* Bellarminus *lib. 1. cap. 7. de verbo Dei.*

2. *Baruch* esse prophetam Canonicum *negat* Johannes Driedo: *affirmat* concilium Tridentinum. *Bellarm. lib. 1. ca. 8. de verbo.*

3. *Historiam Susannæ* esse adulterinam *affirmat* Driedo, Erasmus: *Negat* Bellarminus *ib. cap. 9.*

4. *Tobiam, Iudith, Sapientiam, Siracidem & duos Maccabæos* Canonicos esse *negat* cum Hieronymo Caietanus Cardinalis *affirmat* contra hos Bellarminus *ib cap. 10.*

5. *Epistolam ad Hebræos* esse canonicam, & esse Pauli, *negat* cum Erasmo Caietanus: *affirmat* Bellarminus *ibidem cap. 17.*

Epistolam Iacobi, Iudæ, secundam Petri: secundam & tertiam Iohannis esse canonicas & suorum authorum *negant* Erasmus, Caietanus: *affirmat* & refellit utrumque Bellarminus *ib. cap. 18.* 6.

Apocalypsin esse Johannis Evangelistæ, & canonicam negat Erasmus: *affirmat* Bellarminus *ib. cap. 19.* 7.

Librum quartum Esdræ esse canonicum *affirmat* Genebrardus in Chronol. pag. 188. *Negat* Bellarminus *ibidem cap. 20.* 8.

Quod Judæi depravaverint quædam Scripturarum loca in textu Hebræo *affirmat* Melchior Canus Papista: *refutat* hunc Bellarminus *lib. 2. de verbo ca. 2.* 9.

Quod author vulgatæ editionis sit Hieronymus, *negat* Sanctes Pagninus & Paulus Forosempronienſis: *affirmant* Aug. Eugubinus, & Johan. Picus Mirandulanus. Mixtam volunt Sixtus, Driedo & Bellarminus, *ib. cap 9.* 10.

De *Deo.*

Utrum naturæ viribus cognosci possit, Deum esse, & esse unum, Petrus ab Alliaco *negat*, Thomas & Bellarminus affirmant. *lib. 4. de grat. & lib arb. cap. 2.* 11.

Magister sententiarum Lombardus vult, nomina numeralia *Trinus* & *Trinitas*, non dicere positionem, sed privationem tantum in Deo: Parisienses Sorbonistæ Magistro contradicunt: *lib. 1. dist. 24. ca. si diligenter.* 12.

Idem Lombardus dicit, Deum omnia semper posse, quæ aliquando potuit: posse hodie adhuc incarnari, mori, quia aliquando potuit, &c. *Negant* hoc, & non tenent Magistrum Papistæ alii *lib. 1. dist 44.* 13.

De *Angelis.*

Quod Angeli non meruerint beatitudinem per gra- 14.

tiam

Scotus volunt, fuisse inordinatum amorem erga conju gem *Bell.lib.3.cap.4.*

Quod primum peccatum in statu innocentiæ potuerit esse & fuerit veniale, *affirmat* Scotus, & qui eum sequuntur: *Negat* Thomas, Albertus, Bonaventura & plerique. *Bell.ib.cap.8.* 22.

De peccato originali.

Augustini sententiam ex l.5. contra Jul.c.3. quomodo 23.
peccatum Originale traducatur, quod vel anima & corpus vitiatum traducatur à parentibus, vel anima pura in corpore, ut in vase vitiato corrumpatur, Bellarminus reijcit. Affert *aliam* Alexandri Alens. & Bonaventuræ, quam ipsam quoq; refellit: & profert *tertiam* ex Anshelmo, Scoto, Durando, Thoma, ad traductionem peccati originalis nihil aliud requiri, nisi ut homo per veram generationem ab Adamo descendat. *Bell.lib.4.c.12.*

Quod Adam de massa substantiæ suæ modicum quid- 24.
dam transmiserit in corpora filiorum & posterorũ quodque de cibis nihil extrinsecum ei modico accrescat: sed quod ab Adam descendit, propagatione auctum & multiplicatum resurget in judicio, statuit Lombardus: In hoc vero Magister ab aliis Papistis non tenetur. *Lomb.lib.2.dist.30.cap.quib.*

Quod B. Maria sine peccato originali sit concepta, 25.
negant Dominicani Monachi, Capreolus, Caietanus, &c. *affirmat* concilium Tridentinum, Sixtus IV. & Pius V. Papa: Bellarminus affirmativam quidem defendit, sed dicit, non esse de fide: nec tamen contra fidem. *Bell.ibid. cap.15.16.*

Quod peccatum Originale unum sit in omnibus, *affir-* 26.

mant Pighius & Catharinus: *Negat* Concilium Tridentinum. *Bell.lib.5.cap.6.*

27. Utrum peccatum originis in quadam positiva qualitate consistat? Aliqui duas in homine malas qualitates constituunt: *unam* in carne, *alteram* in anima ex carne,: utramq; contineri concupiscentia, sed solam posteriorem peccatum originis esse volunt. Sic Lombardus, Gregorius Ariminensis, Driedo, & sic peccatum Originale positivam qualitatem faciunt: Bellarminus cum suis id negat. *ib.cap.15.*

28. Quod peccatum Originis nihil sit aliud, nisi illa prima inobedientia Adami, qua præceptum de ligno non gustando violatum est, *affirmat* Pighius, Catharinus, & quidam veteres scholastici: *Negat* Bellarminus *ib.cap.16.*

29. De pœna parvulorum non baptizatorum post hanc vitam sophistæ sunt in quinque sententias divisi.

I. Est *Vincentii*, parvulos ob peccatum originale non privari regno cœlorum propter Christum. Hæc sententia vocatur mitis.

II. *Pelagianorum*, qui excludunt à regno cœlorum & vita beata sanctis promissa: sed non à vita æterna & naturali beatitudine. *Ad quem errorem* (ait Bellarminus) *proxime accedunt Catharinus, Pighius & Savanarola.* Hæc est mitior.

III. *Thomæ* & aliorum scholasticorum, parvulos damnari æterna morte, non tamen pœnam doloris, sed tantum pœnam damni seu privationis visionis Dei sentire. Hæc severa.

IV. *Lombardi* & aliorum, non quidem luituros cruciatus ignis & vermis: sed tamen pœnam damni & doloris interni ex amissione beatitudinis & felicitatis sempiternæ. Hæc sæverior.

V. *Ari-*

V. *Ariminensis* & *Driedonis*, cruciandos utraque pœna, damni & sensus, perpetuo in gehenna. Hæc severissima. *Bellarminus* in gratiam *Thomæ* solam tertiam, id est, severam sententiam probans, infantes non baptizatos absolute damnat morte æterna, sed sine dolore. *Bellarmin. lib. 9. cap. 1. 2.*

Quo in loco parvuli non baptizati post hanc vitam degant, etiam tripliciter sunt divisi. *Alii*, degere eos dicunt in carcere inferni, sic Bonaventura, Scotus, Durandus, Richardus. *Alii* eos collocant in parte inferni aliore: *Alii* in eodem cum damnatis loco. *Bell. ib. ca. 2.* 30.

Cur parvuli nullum dolorem percepturi sint ex amissione beatitudinis, mira & contraria philosophantur. *Aliqui* dicunt, ideo, quia ignorabunt se eam amisisse. Sic Durandus. A Thoma vero hæc ratio reprehenditur in 2. d. 33. q. 2. ar. 3. *Bonaventura* dicit ideo, quia consideratione doloris aliorum damnatorum temperabunt suum dolorem, ut nullus videatur. Sed & hanc *Thomas* refutat, & excogitavit aliam, ideo fieri, quia nunquam habuerint usum liberi arbitrii. *Richardus* dicit, fieri singulari divina providentia, removente dolorem ab eorum animis. *Bell. ibid. capit. 6.* 31.

De *Christo*.

Quod Christus convenienter dicatur mortuus & non mortuus, passus & non passus: asserit *Lombardus lib. 2. de 21. cap. ult.* Sorbonistæ Parisienses Magistrum non tenent. 32.

Quod Christus in triduo mortis fuerit homo, sed mortuus, *Lombardus* affirmat: *Sorbonistæ* rursus Magistrum non tenent. *Lomb. 2. d. 22. cap. 1.* 33.

De præparatione & gratia per Christum.

34. Quod gratia gratum faciens sit habitus infusus, seu qualitas per modum habitus in homine permanēs, recte cum Evangelicis *negat* Albertus Pighius. Papistæ alii *affirmant*. Lombardus lib.1. distinct. 1. c.d. dicit, charitatem infusam esse ipsum Deum: non Patrem & Filium, sed Spiritum sanctum. Excusatur Lombardi sententia per Dominicū Asotum. Reprehenditur vero per Thomam & alios scholasticos. *Bell. de grat. & lib. arbitrio lib. 1. ca. 3.*

35. Utrum gratia gratum faciens sit idem habitus cum habitu charitatis, quatuor opinionibus sunt divisi.

I. Est *Thomæ, Capreoli, Caietani, Dominici Asoti*, gratiam gratum facientem & habitum charitatis re & ratione esse distincta.

II. *Alberti, Bonaventuræ*, non realiter sed formaliter tantum distincta esse Bonaventura à Thoma dissidet.

III. *Alensis, Richarti, Scoti, Gabrielis*, tantum ratione distincta esse.

IV. *Durandi*, solo nomine distincta esse. *Bellarmino* sola tertia opinio videtur vera, & congruens concilio Tridentino. *Bell. ib. ca. 6.*

36. Utrum charitas sit virtus creata, an ipse Spiritus sanctus? Lombardus posterius affirmat: Discipuli sentētiam Magistri damnant. *Bell. ib. 8.*

37. In qua re sita sit, & unde sumatur gratiæ efficacia? *Aliqui* efficaciam gratiæ constituunt in assensu & cooperatione humana. *Alii* efficaciam gratiæ dicunt esse actionē Dei physicam, quę determinat voluntatem, ad eligendum bonum. *Bellarminus* constituit in inspiratione & suasione morali: sicut orator sua eloquentia aliquid persua-

det: quarum ſententiarum *prima* eſt Pelagiana: *Tertia* Bellarmini ſophiſticum ludibrium cum Pelagii ſententia in idem recidens: *media* eſt orthodoxa, modo de actione Dei nō phyſica, ſed hyperphyſica occulta intelligatur. *Bell. ib. cap.* 12.13.

An auxilium ſufficiens detur omnibus? *affirmant* plurimi. Ergo non omnes: & ſic incerti diſſident ſophiſtæ. *Bell. lib.* 2 *ca.* 1. 38.

Utrum auxilium Dei ſufficiens & neceſſarium ad converſionem omnibus momentis adſit peccatoribus? Abulenſis, Tapperus, Caietanus, Adrianus, Roffenſis, Driedo *negant*: Andreas Vega partim affirmat, partim negat. *Bell. ibid cap.* 6. 39.

De prædeſtinatione.

Utrum prædeſtinatio magis ad intelligentiam, quam ad voluntatem pertineat? Papiſtæ diſputant in utramque partem. Thomas & Caietanus ad intelligentiam potius, quam ad voluntatem referunt, quod & Bellarmino placet: *alii* contra, *Bell. ib. cap.* 9. 40.

Locum Apoſtoli, Rom. 9.11. *Nondum natis pueris, cum nihil boni vel mali feciſſent, &c.* Ambroſius Catharinus & alii quidam recentiores Papiſtæ Bellarmino videntur non recte expoſuiſſe: Aliter igitur ipſe exponit *libro* 2. *cap.* 10. 41.

Utrum prædeſtinatio ab electione diſtinguenda ſit? Aliqui Papiſtæ diſtinguunt: ut & Auguſtinus lib. 1. ad Simplic. qu. 2. Bellarmino diſtinctio non placet, *ibidem cap.* 15. 42.

De libero arbitrio.

An liberum arbitrium ſit potentia vel habitus, vel 43.

actus? De hac quæstione sunt in octo opiniones Papistæ divisi.

I. Liberum arbitrium consistere in actu, non in habitu aut potentia, *Herveus.*

II. *Bonaventura* : Consistere in habitu quodam naturali.

III. *Albertus*, esse potentiam perfectam per habitum naturalem.

IV. *Alij* esse potentiam quandam universalem.

V. *Alensis*, esse potentiam particularem, distinctam à ratione & voluntate.

VI. *Durandus*, esse ipsas potentias rationis, & voluntatis, sed magis rationis.

VII. *Henricus & Scotus*: esse potentiam unam ac particularem, ipsam videlicet voluntatem.

VIII. *Thomas, Richardus, Capreolus, Caietanus*: esse quidem unam potentiam seu ipsam voluntatem, sed tamen radicem libertatis esse in ratione: quæ sententia *Bellarmino* verissima videtur: *Bell. ib. ca. 7.*

44. Utrum ad liberi arbitrii objectum pertineant bona & mala, an sola bona? Occã affirmat prius, cæteri posterius. *Bell. ib. cap. 12.*

45. Utrum liberum arbitrium sit etiam præsentium, an tãtum futurorum? De hac quæstione Papistæ tres habent opiniones:

I. *Lombardus Occam & Biel*, præsentes actiones necessarias, & ideo non liberas esse statuunt.

II. *Gregorius Ariminensis*: inchoationem actionis in præsenti liberam esse posse: tamen continuationem aliquam omnino esse necessariam.

III. *Scotus, Capreolus, Nerveus*: liberum arbitrium etiam præsentes actiones sub se habere, quam sententiam in

:holis veriorem haberi dicit. *Bellarmin. ibidem capite deci* *o tertio.*

· Utrum ad actiones naturales & civiles requiratur & 46.
ıfficiat auxilium Dei generale? an vero à nobis fieri ſo-
s naturæ viribus poſſint? *Origenes*, *Pelagiani & Durandus*
nſerunt, nec generali nec ſpeciali auxilio opus eſſe. *Alii*
auſis ſecundis omnem vim efficiendi ademerunt. *Schola-*
ici generale auxilium requirunt ad omnes actiones, non
men ſpeciale. *Bellarminus* refutatis ſuperioribus errori-
us tenet cum Scholaſticis. *lib. 4. cap. 4. de grat. & libero ar-*
trio.

An homo in operibus naturalibus & civilibus habeat
berum arbitrium? *Omnes* fere dicunt, affirmativam eſſe 47.
ertam etiam ex lumine naturæ. *Iohannes Buridanus*, *An-*
reas de Caſtro, *Tapperus*, idem quidem affirmant: ſed negāt
poſſe naturali lumine convinci. *Valla* negativam tuetur
ntentiam. *Bell. ib. ca. 5.*

De concordia cooperationis divinæ cum libero arbi- 48.
io, utrum ſit explicabilis & intelligibilis in hac vita? Ca-
tanus *negat:* Durandus credidit, ſe rem hanc expedivıſ-
. Tertia ſentētia aliorum, Deum ſuo concurſu determi-
ıre actionem voluntatis humanæ, & eo poſito volunta-
m humanam non poſſe non agere: tamen eſſe liberam
ıſolute: *Bellarminus* improbat, & ut ipſi videtur, refutat
anc veritatem: Contra profert duas alias concordię hu-
s rationes: I. Juxta ſententiam *Ariminenſis*, *Scoti*, *Gabrie-*
& aliorum in 2. diſt. 37. cooperationem divinam ſe te-
ere ex parte effectus, non ex parte cauſę hoc eſt, concur-
m Dei nihil imprimere vel agere in noſtram volunta-
m, ſed immediate influere in effectum. II. Juxta ſen-
ntiam *Thomæ*, cooperationem divinam ita concurrere
ım cauſis ſecundis, etiam liberis, ut non ſolum eis de-

derit

derit & conſervet virtutes operatrices, ſed etiam eas moveat & applicet ad opus: quam ſententiam Bell. putat eſſe verſimiliorem. *lib. 4. cap. 14. 15. 16.*

49. Utrum homo viribus naturæ ſine auxilio gratiæ ſpecialis, verum aliquod morale poſſit cognoſcere? Ariminenſis, Capreolus, Caſſalius, *negant*: Cæteri fere *affirmant. Bell. ib. lib. 5. ca 1.*

50. Quid poſſit voluntas humana circa bonum morale? Conveniunt omnes: 1. Non poſſe fieri ſolis naturæ viribus ulla opera meritoria gratiæ, contra Pelagianos.

2. Non eſſe peccata omnia opera, quæ juſtificationem præcedunt, contra Evangelicos.

Jntra hos terminos *alii* plus tribuunt libero arbitrio quam oportet, ut Scotus, Durandus, Gabriel: *alii* minus, quam oportet, ut Ariminenſis, Capreolus, Marſilius, *Bellarminus* cum Thoma, Alberto, Bonaventura, tria ponit, *ib. cap. 4.*

51. Utrum tentatio aliqua ſine auxilio Dei vinci poſſit? Alii negant; alii affirmant. Bellarminus utroſque conciliari nititur: tamen negantibus magis accedit.. *ibidem cap. 7.*

52. Verumne ſit illud commune ſcholarum: *Facienti quod in ſe eſt, Deum non denegare gratiam*? Thomas, Bonaventura id tolerabiliter exponunt, tunc facienti quod in ſe eſt, non denegari gratiam, cum homo facit, quod in ſe eſt cooperando gratiæ Dei à quo movetur, &c. Aliorum de hoc dicto ſententia reiicitur à Bellarmino, *ibidem libro 6. capite 6.*

De juſtificatione.

53. Utrum homo juſtificetur ſine ullo merito, ſive de congruo, ſive de condigno, ſive procedente ex auxilio Dei

ſpeci-

speciali, sive ex viribus solius naturæ? Dominicus Asotus & alii *negant*, dispositiones ad justificationem posse vocari merita. Bellarminus *affirmat*, esse merita congrui: *Bell. lib. 1. cap. 2. de Iustif.*

Utrum duplex sit justitia, qua formaliter iustificamur, una imperfecta, quæ in virtutibus in nobis hærentibus sita est: altera perfectior, quæ est ipsa justitia Christi nobis imputata: affirmativam tenent Pighius & Colonienses: Pighius tamen duabus rebus ab Evangelicis dissidet, &c. Papistæ alii negant. *Bell. ib. lib. 2. cap. 1, 2.* 54.

Utrum debeat aut possit aliquis sine speciali revelatione certus esse certitudine fidei divinæ, cui nullo modo subesse potest falsum, sibi remissa esse peccata? Evangelici affirmant: Colonienses Papistæ in Euchiridio idem: *Catharinus* hominem fidelem habere certitudinem de sua gratia. *Bellarminus* Jesuita judicat hoc erroneum. Cōmunem sententiam dicit esse, non posse hominem habere certitudinem fidei de sua justitia in hac vita sine speciali revelatione. *Concilium Tridētinum* reiicit certitudinem omnis divinæ fidei: *Bell. lib. 3. cap 3. de iustif.* 55.

Utrum incertitudo propriæ gratiæ atq; justitiæ ex testimoniis divinæ scripturæ possit probari? Adversus testimonia scripturæ quæ afferuntur, *Catharinus* excipit: *Bellarminus* contra Catharinum disputat. *Ibid. cap. 4.* 56.

. De loco Eccles. 9. 1. *Nescit homo*, &c. utrum recte exponatur à Catharino, Bellarminus interpretationem ejus excutit & reiicit. *Ibid. cap. 4.* 57.

Utrum S. Job. ignoraverit se justum esse, dicens, cap. 9. 15. *Si venerit ad me, non videbo eum*, &c. Affirmativam tuetur Bellarminus, Catharinus negativam. *Bellarminus ibid. cap. 4.* 58.

Utrum Papistæ doceant homines perpetuo dubitare 59.

& hæsitare de sua cum Deo reconciliatione? *Bellarminus* negat: *Catharinus* dubitationem excludit & dicit, iustos habere certitudinem fidei divinæ de sua iustificatione. *Alii* affirmant, homines perfectos nullam habere formidinem de sua iustificatione. *Secunda* hæc sententia non probatur Bellarmino. *Tertiam* ergo sententiam probat, qua non tollit omnem formidinem, sed tollere tamen vult omnem anxietatem, hæsitationem & dubitationem. *Bell.ib.cap.11.*

60. Utrum peccatum veniale proprie sit contra legem? *Vega* affirmat: *Thomas* & alii negant: *Bellarm.lib. 4.ca.41. de iustif.*

De operibus & meritis.

61. Utrum ad meritum constituendum requiratur liberum arbitrium: *Holkot* negat, *alii* affirmant: *Bell. ib. lib. 5. cap.10.*

62. Utrum bonum opus possit esse meritorium vitæ æternæ, quod ex charitate non procedit? *Wilhelmus Antis.* id affirmat: & principalius à fide quam à charitate pendere. *Quidam* volunt, omne bonum opus iusti & habitu charitatis præditi esse meritorium. *Bonaventura* necessarium statuit, ut singula opera referantur in Deum. *Bellarminus* magistraliter concludit, opera meritoria id necessario requirere, ut actu vel virtute ac charitate dirigantur, & in Deum ordinentur. *Ibid.cap.15.*

63. Utrum iustorum opera ex charitate facta sint meritoria vitę æternę ex condigno? omnes dicunt esse meritoria. *Aliqui* negant, utendum esse vocibus congrui & condigni. *Durandus* quiddam medium inter congruum & condignum statuit. Communis sententia recipit meritum de condigno. *Bell.ib.ca.16.*

Utrum

Utrum recte aliqui distinguant inter meritum ex digno & excondigno? Alii admittunt, alii non. *Bellarmin. ibid.* 64.

Utrum bona opera justorum meritoria sint ex condigno, non solum ratione pacti, sed etiam ratione operis? Caietanus & Dominicus Asotus affirmant. Scotus, Vega & alii negant. *Bellarminus* mediam tuetur sententiam cum Thoma & Bonaventura, *Ib. cap. 17.* 65.

Utrum Deus bona opera remuneretur ex mera liberalitate supra condignum? *Thomas*, Bonaventura, Scotus, Durandus, & alii affirmant. *Andreas Vega* & doctor quidam Lovaniensis negant. *Bell. ib. c. 29.* 66.

Utrum Deus operibus malis pœnam reddat citra condignum? Licet vera sententia apud Papistas incerta sit: tamen multis placet *affirmativa*. Alii pro *negativa* quatuor afferunt scripturæ testimonia. *Bellar. ib. ca. 19.* 67.

De bonis operibus in particulari.

Utrum lethaliter peccent clerici & monachi, qui Romanum breviarium eligunt, propriæ Ecclesiæ & Ordinis breviario prætermisso? *Caietanus* negat: *Dominicus Asotus* ad affirmativam inclinat. *Bellarminus lib. 1. de bon. operib. cap. 18.* 68.

Quo jure teneantur clerici & monachi ad horas canonicas persolvendas, divino ne an humano? & utrum possit hac in re à summo Pōtifice dispensari? *Bellarminus* censet non jure divino, sed determinatione Ecclesiæ ad certam formam precum Clericos & Monachos teneri. *Panormitanus* contra refert ad jus divinum: *Bellarmin. ibidem cap. 19.* 69.

Utrum qui ratione beneficii ad horas canonicas per- 70.

ſolvendas obligantur, fructibus beneficiorum carere debeant, ſi divinum officium non perſolvant? Negarunt olim D D. aliqui Bellarminus eſt clementior: concilium Lateranenſe & Pius V. contrarium ſtatuerunt: *Bellarmin. ib. cap. 16.*

De quadrageſima.

71. De origine & inſtitutione Jeiunii Quadrageſimalis? *Ioh Caſſianus* tribuit ſacerdotibus. *Alii* referunt ad Papam Teleſphorum. *Bellarminus* vult ab apoſtolis inſtitutum eſſe. *Ibid. lib. 2 cap. 14.*

De Eleemoſyna.

72. Ad quod præceptum Decalogi de eleemoſyna facienda ſit reducendum? Albertus & alii reducunt ad illud *Non furaberis.* Thomas & alii ad aliud: *Honora patrem & matrem. Bell. ib. 3. cap. 6.*

73. Utrum divino præcepto divites obligentur ad ea pauperibus eroganda, quæ ſibi ſuperflua ſunt? Negantem partem tuentur graves Theologi. Thomæ, Paludano, Alberto, Richardo & aliis affirmans placet ſententia *Bellar. ibid. cap. 7.*

De Imaginibus.

74. Utrum liceat imagines facere & habere? *Catharinus* dicit ſimpliciter prohibitas eſſe in Decalogo: ſed præceptum fuiſſe poſitivum & temporale. *Bellarminus* contrarium ſentit. *Cajetanus* putat, eas tantum prohiberi, quas quis vellet habere pro ſuo Deo *Bellarmino* modus loquendi non placet. *Bellarm. lib. 2. de Eccleſ. Triumphante cap. 7.*

75. Utrum prohibitæ ſint imagines? *Abulenſis, Durandus & Pereſius* probant ſententiam Calvini. *Bellarminus*, quod non liceat dicit non eſſe certum, ſed eſſe poſitum in opi-

nione

nione: affirmat tamen licere pingere Deum in forma hominis, & Spiritum sanctum in forma columbæ. *Bell.ib. cap.8.*

Utrum prohibita sit imago Christi in forma agni, & Spiritus sanctus in forma columbæ. *Caranza* dicit, prohibitas esse eiusmodi imagines in sexta synodo: Bellarminus negat. *Ib.cap 8.* 76.

Quomodo Concilium Elibetinum prohibeat picturas in templis fieri? Alii *affirmant* tantum eas prohiberi, quæ fiunt ad repræsentandum Deum. Bellarminus *negat* hanc rationem. *Nicolaus Sanderus* aliam rationem adfert. Concilium Eliberinum ante Nicenum fuisse alii affirmant, alii negant. 77.

Quo genere cultus imagines sint honorandæ? *Alexander, Durandus, Alfonsus de Castro*, Imaginem in se nullo modo colendam esse volunt. *Thomas, Caietanus, Bonaventura* imagines eodem honore colendas, quo exemplaria: *Peresius, Catharinus, Senderus Gabriel*, Imagines minore honore quam exemplaria, minime autem λατρείᾳ colendas esse. *Bell.ib.cap.20.* 78.

Utrum idem motus sit in imaginem ut imaginem, & in ipsum exemplar? *Peresius* negat. Peresium refutat *Bellarminus*, *Durandus* eundem motum concedit: sed negat eãdem propterea esse adorationem. *Bellarminus* confirmat, eundem esse motum intellectus & voluntatis in imaginem & exemplar. *Bell.ib.c.24.* 79.

De signo filii hominis apparituro in nubibus? *Waldensis* sentit, ipsum ligneam crucem apparituram. Abulensis, Jansenius, tantum signum crucis. *Bell.ib.ca.28.* 80.

Quid statutum sit de imaginibus in Synodo Francofurdiensi: *Bellarminus* dicit, esse incertissimum. *Alanus Copus* dicit, tantum damnatam Synodum Constantinopo- 81.

litanam hæreticam: non vero Nicenam II. quod Bellarminus optat esse verum: suspicatur tamen esse falsum, *lib. 2. de Concil. cap. 8.*

De templis.

82. Utrum templa etiam sanctis possint ædificari proprie: *Recentiores* quidam negant. proprie posse ædificari templa nisi Deo: etiamsi à sanctis denominentur. *Alii* concedunt, posse ipsis sanctis vere & proprie dicari: non tamen sub ratione templi, sed sub ratione basilicæ vel memoriæ: *Bell. ib. lib. 3. ca. 4.*

De Antichristo.

83. Quod Mahumetus fuerit proprie Antichristus, affirmant aliqui Papistæ. Hos Bellarminus refutat *lib. 5. de Pontifi cap. 3.*

84. De adventu Heliæ, utrum is ex loco Sirac. 48. 10. possit evinci? *Cornelius Iansenus* negat: *Bellarminus* affirmat. *lib. 3. cap. 6.*

85. An propter Antichristi persecutiones extinguenda sit penitus Christi fides & religio? *Dominicus Asotus* affirmat: *Bellarminus* negat, & refutat. *Ib. cap. 17.*

86. An Papa ab Antichristo sit pellendus Roma? *Ribera* affirmat Com. in Apoc. *Alii* negant.

De Papa Romano.

87. An claves Papæ idem sint cum potestate solvendi & ligandi? *Negat* Caietanus: *Affirmat* Bellarminus *li. 1. de sum. Pontifi. ca 12.*

88. An Pontifex in casu hæreseos possit ab Ecclesia judicari & deponi. *Pighius* negat, Papam posse esse hæreticum, proinde nec deponi. *Bellarminus* dicit, hanc sententiam

esse

ſe probabilem, ſed non certam : Ideo communem ſen-
ntiam eſſe in contrarium. *lib. 1. cap. 30. de Pontif.*

Sit ne Papæ judicium certum? Vel an poſſit eſſe hære- 89.
cus, & hæreſin docere? I. *Bellarmino* videtur hæreſis,
ontificem ut Pontificem cum generali concilio poſſe
ſe hæreticum, &c. II. Eidem videtur hæreſi proximum
cere, Pontificem ut Pontificem ſine concilio generali
oſſe eſſe hæreticum. III. *Pighius* negat Pontificem ut Pō-
icem poſſe eſſe hæreticum, etiamſi ſolus aliquid defi-
at, quod Bellarminus dicit non eſſe certum. IV. *Commu-
m igitur opinio*, Pontificem non poſſe ullo modo definire
iquid hæreticum ab univerſa Eccleſia credendum. *Bell.
.4. de Pontif. ca. 2.*

De loco Luc. 22. 32. *Rogavi pro ..* &c. Utrum ibi Do- 90.
inus rogaverit pro perſeverantia ſolius Petri? an pro
rtis Petri privilegiis an pro Eccleſia univerſa? *Pariſien-*
exponunt, Chriſtum oraſſe pro Eccleſia univerſali.
llarminus refutat. *Alii* exponunt, Chriſtum oraſſe
o perſeverantia ſolius Petri. *Bellarminus* etiam hos re-
tat, & dicit, Dominum oraſſe Petro duo privilegia. I. ut
on poſſet amittere fidem. II. ut non poſſet quicquam
cere contra fidem tanquam Pontifex: (quaſi hoc pri-
legium non fuerit commune apoſtolis) *Bellarminus. lib.
cap 3.*

Honorium Papam fuiſſe hæreticum, Monotheletam, 91.
ontendit Melchior Canus, idemq; teſtantur ſcriptores
ræci & Latini. *Negant* Pighius, Hoſius Lovanienſis & O-
ufrius. *Bell. Ibid. lib. 4. cap. 11.*

Cœleſtinum III. hæreticum fuiſſe affirmat Alfonſus de 92.
aſtro: *Negat* Bellarminus *Ibid. cap. 14.*

Utrum perfecta paupertas conſiſtat in abdicatione 93
mnium rerum etiam uſu conſumtibilium, abdicato o-

mnium

mnium dominio, & solo usu retento: Et an Christus talem paupertatem usu aut exemplo docuerit? *Nicolaus IV.* Papa affirmat: *Iohannes XXII.* negat. Turrecremata eos conciliare nititur. *Bellarminus* negat eos in omnibus conciliari posse. *Ib.c.14.*

94. *De Iohanne XXII.* utrum docuerit, animas beatorum non visuras Deum ante resurrectionem? Occam, Adrianus, Gerson, Erasmus, & acta concilii Constantiensis *affirmant*: nec diffitetur Bellarminus, sed frigide excusat. *Ibidem cap. 14.*

95. De jurisdictione interiore in foro conscientiæ, an immediate omnibus sacerdotibus conferatur à Deo, quando ordinantur? Affirmat Abulensis: Turrecremata sentit non conferri à Deo, vi ordinationis sed ab homine per simplicem inunctionem. *Bell. ib. cap. 22.*

96. An Episcopi canonice electi accipiant à Deo suam jurisdictionem: sicut eam accepit summus Pontifex? an vero accipiant à Pontifice Dissentiunt Papistæ.

I. Apostolos & cæteros Episcopos accipere immediate à Deo docent Franciscus Victoris, Alphonsus à Castro.

II. Apostolos à Petro, Episcopos à Petri successore accipere jurisdictionem, sentit Turrecremata & Dominicus Jacobatius.

III. Apostolos à Christo, Episcopos à Pontifice accipere vult Caietanus, Dominicus Asotus, Franciscus Vargas, &c. *Bell. ib. ca. 22.*

97. Ad quem jus electionis summi Pontificis pertineat secluso jure positivo? *Alii* volunt, pertinere ad Concilium Episcoporum: *alii* ad Clerum Romanum: *Bellarm. ib. 1. cap. 10. de memb. Eccl.*

98. De potestate temporali Papæ, utrum eam habeat jure

divi-

divino? *affirmant* Triumphus, Alvarus, Pelagius, Sylvester, Hostiensis, &c. *Negant* Evangelici. Communis opinio secundum Bell. quod habeat non directe, sed indirecte. *Bell. lib.5.cap.1.*

De institutione Electorum Imperii Romani, utrum *Gregorii V.* an *Gregorii X.* ea sit sanctio? Onufrius tribuit Gregorio *X.* Bellarminus Gregorio V. *Ib.cap.8.* 99.

De Conciliis.

Unde Conciliorum origo sit, *Pighius* lib.6. de cœl.hier. contendit esse plane humanam, & naturali ratione excogitatam: *Bellarminus* nescit, probabilius tamen ei videtur esse divinam. *lib.1.cap.3.de consil.* 100.

An Episcopi in consiliis sint consiliarii an judices? *Aliqui* Papistę negant esse Judices. *Bellarminus* disputat *Ibid. cap.18.* 101.

Utrum Concilia particularia à Pontifice approbata errare possint? *Bellarminus* negativam fatetur esse incertam: affirmativam dicit nondum esse ab Ecclesia pro hæresi damnatam: esse tamen temerariam, erroneam, & hæresi proximam. Nihilominus eam illustri exemplo confirmat, *lib.2. cap.5.* 102.

Unde constet Concilia esse legitima? *Vega* dicit eo ipso, quod concilia definiunt. Vegæ rationem Bellarminus dicit non esse solidam, nam & illegitima definiunt: *Bell.ib.cap.9.* 103.

Utrum concilia generalia ante confirmationem Papæ errare possint? Negativam tuentur Parisienses & alii: Caietanus & Turrecremata affirmativam defendunt. *Bell. ibid.cap.11.* 104.

Utrum Decretales Pontificum & Canones Conciliorum inter Scripturas Canonicas debeant numerari? Gra- 105.

tianus affirmat *dist. 19. cap. In Canonicis.* Bellarminus ostendit, Gratianum deceptum esse, & male allegare Augustinum: faturq; multa esse in Pontificum DECRETALIBUS non de fide: tamen decreta conciliorum esse suo modo scripta sacra & CANONICA: & cum Scripturis pariter infallibilis authoritatis, æque certa: *ib. cap. 12.*

106. An concilium sit supra Pontificem? *Affirmant* Cameracensis, Gerson, Almainus, Cusanus, Panormitanus, Æneas Sylvius, concilium Constantiense & Basiliense, &c. *Bellarminus* negat contra Concilia. *Negant* & alii, sed dissentienter. *Alii* Papam esse supra Concilium, nec posse à concilio judicari, nisi se ei sponte subiiciat. *Alii* nullo modo posse: quia ne quidem ipse se subiicere possit. *Bell. ib. cap. 13.*

De Ecclesia.

107. An Catechumeni non baptizati sint in Ecclesia? *Melchior Canus* ait, non esse de Ecclesia Christiana: esse tamen de Ecclesia omnium fidelium inde ab initio. *Bellarminus* negat esse in ulla Ecclesia, si non sint in Christiana: quia post Christi aduentum nulla sit alia Ecclesia. *Canus* ergo facit duas Ecclesias: *Bellarminus* negat, *lib. 3. de Eccl. cap. 23.*

108. An hæretici & Apostatæ baptizati sint in Ecclesia? *Alphonsus de Castro cap. 14.* de pun. hær. vult, hæreticos & Apostatas baptizatos esse membra & partes Ecclesiæ, etiamsi falsam doctrinam profiteantur: *Bellarminus* dicit, hanc sententiam esse aperte falsam & refutat. *Bellarmin. lib. 3. cap. 4.*

109. An schismatici sint in Ecclesia? Quidam *dubitant.* Alphonsus de Castro *affirmat.* l. 2. c. 24. de pun. hær. Bellar-

minus

minus *negat* & contrarium probare conatur. *Bell. lib. 3. de Eccl. cap. 5.*

An excommunicati sint in Ecclesia? *Negat* Catechismus Romanus, Thomas Waldensis, Turrecremata, Driedo: *affirmant* & probant alii, quos refellit Bellarminus, *Ib. cap. 6.* 110.

Utrum, magni etiam peccatores sint de Ecclesia? Augustinus negat. Aliqui Papistæ duas faciunt Ecclesias, quod non placet Bellarmino *Ib. ca 9.* 111.

Utrum infideles occulti ad veram Ecclesiam pertineant? *Negat* Turrecremata. *Bellarminus* affirmat, *Ibid. in cap. 10.* 112.

Utrum in sola Maria Virgine manserit fides in passione Domini? *Affirmat* Alensis & Turrecremata, *Negat* Bellarminus, & Turrecrematam refutat, *Ib. cap. 17.* 113.

De presbyteris.

Utrum idem sit Presbyter & Episcopus? Hieronymus affirmat, & Hieronymi sententiam pie interpretari conatur. Sed reiicitur *Thomæ* interpretatio à Bellarmino. Aliã adfert Joh. Antonius Delphinus, Sed nec illa satisfacit Bellarmino, *lib. 1. cap. 25. de membr. Eccl.* 114.

Unde Presbyteri & Diaconi Cardinales dicti? Onufrius putat dictos Cardinales, quod aliis eiusdem Ecclesiæ presbyteris & Diaconis præessent. Hoc refutat Bellarminus, *Ib. cap. 16.* 115.

De cœlibatu sacerdotum, sitne jure divino annexus sacris ordinibus, an non? *Ioh. Maior & Chlitovæus* affirmant. Negant *Thomas & Caietanus*: *Bellarminus ibidem cap. 18.* 116.

Utrum sacerdotibus jus Conjugii concedi possit? *Af* 117.

firmant Erasinus & Panormitanus. *Bellarminus* negat. *Ib. cap 19.*

118. Utrum Clerici obligentur per clericatum ad dimittendum patrimonium: Thomas Waldensis affirmat: Bellarminus negat *cap. 27.*

119. An clerici sint liberi à jugo potestatis secularis? *Marsilius* de Padua & *Iohan. deIanduno* plane negant. *Canonistæ* putant clericos & eorum bona jure divino libera esse à potestate secularium. Idem videtur Driedoni. Theologi partim divino, partim humano partim neutro jure clericos liberos pronunciant *Bell. ib. c. 28.*

De decimis.

120. Utrum decimæ debeantur jure divino? Canonistæ, Panormitanus & Hostiensis affirmant. Theologi & ex Canonistis Sylvester & Navarrus negant. *Bellarminus ibi. cap. 25.*

121. An præceptum de solvendis decimis possit contraria consuetudine abrogari? *Negat* Asotus ex mente Thomæ. *Affirmant* Sylvester & Navarrus: & Thomæ mentem pro se interpretantur. *Cap. eodem dubio primo.*

De votis.

122. Num res à Deo imperatæ sub votum proprie cadere possint? Thomas & Bonaventura negant: Dom. Asotus & Alfonsus à Castro affirmant. *Bell. lib. 2. de memb. Eccles. cap. 19.*

123. Utrùm B. Maria ante desponsationem voverit virginitatem, an post? Thomas negat quod ante: Scotus & Albertus affirmant. *Bell. ib. cap. 22.*

124. Utrum post solenne votum nullum sit matrimonium

jure

iure divino & naturali, an solum Ecclesiastico? *Nullum* esse jure divino & naturali *affirmant* Albertus, Thomas, Bonaventura, Richardus, Durandus, Dom. A sotus *Nullum esse* iure tantum Ecclesiastico, censent Scotus, Paludanus, & Canonistæ. *Bell. ibid. cap. 34.*

Utrum per vota solennia solvatur matrimonium ratū 125.
non consummatum? Non posse solvi docent Erasmus & Claud Espensæus. Posse dissolvi per ingressum in religionem, Justinianus apud Gregorium, Basilius, Cassianus sentiunt. Mediam sententiam dicit Bellarminus tenere Papisticam Ecclesiam, solvi per ingressum in monasteriū matrimonium ratum, non autem consummatum. *Bell. ib. cap. 38.*

De Purgatorio.

Utrum peccatum veniale post hanc vitam possit re- 126.
mitti? Negant aliqui cum Thoma. Hos refellit Bellarminus *lib. 1. de Purg. cap. 10.*

Utrum animæ in purgatorio possint mereri? Papistæ
quidam affirmant, Bellarminus negat, & alios refutat: *Bell. ib. lib. 2. cap. 3.* 127.

Utrum animæ in purgatorio sint certæ de sua salute? 128.
Quidam Papistæ cum Luthero negant, Dionysius Carthus. Gerson Roffensis, Theologi communiter affirmāt. *Bell. ibid lib. 2. cap. 4.*

An præter cœlum & purgatorium alius aliquis locus sit 129.
pro animabus iustis? & an ex his locis egredi possint. *Negant* Scholastici & concilium Florentinum: Beda contrarium *affirmat*, Bellarmino VIDETUR quod sint alia loca *Ibid. cap. 7.*

Utrum orationib. B Gregorii anima Imperatoris Tra-
iani liberata fuerit de inferno? Aliqui sentiunt (ut Tho- 130.

mas, Richardus. Durandus) ad preces Gregorii TRAIANUM corpori unitum, & tunc baptizatum pœnitentiam
NB. agere potuisse Melchior Canus & Dom. A sotus historiā *Traiani* simpliciter improbant, ut FABULAM. *Alfonsus Ciaconus* eam defendit ut veram *Bell. ib. ca. 8.*

131. Utrum damnati ad pœnas æternas possint revocari ad vitam? *Negat* Bellarminus. Abulensis *affirmat*. A sotus etiam patrocinatur damnatis ad pœnas æternas. *Bellarmin. ibidem.*

132. De tempore, quo durat purgatorium? Dom. A sotus putat neminem in purgatorio manere ad x. ann. Bellarminus refutat ex visionibus, & ex consuetudine Ecclesiæ Papisticæ: *Ib. ca. 9.*

133. An in purgatorio torqueantur animæ à Dæmonibus? *Scholastici* volunt torqueri à solo igne: *Revelationes*: torqueri à dæmonibus. *Bellarminus* nescit, *ib. cap. 13.*

134. An sanctorum defunctorum animæ cum Christo regnantes orent pro sanctorum animabus in purgatorio laborantibus? *Bellarminus* affirmat, & Dominicum A sotum id negantem temeritatis accusat. *Ib. lib. 25.*

135. Utrum animæ in purgatorio pro nobis orent & impetrent? *Bellarminus* affirmat, *Thomas* negat: Bellarminus refutat *Ibid. cap. 15.*

136. An restitutio rei alienæ prosit defunctis? Animæ apparentes & hoc petētes *affirmant*. Dominicus *negat*. *Bellarminus* magistraliter decidit, animas non petere restitutionem ut restitutionem, sed ut eleemosynam satisfactoriam. *Ib. cap. 16.*

137. An homines iniusti possint animas juvare suis suffragiis? *Paludanus* affirmat, *A sotus* negat. *Bell. ib. cap. 17.*

138. Quomodo iuventur animæ purgatorii tum communibus tum particularibus suffragiis? *Caietanus* negat suffra-

giis

giis particularibus animas juvari, nisi eas, quę peculiariter meruerunt, ut sibi talia prodessent. *Thomas* & alii sentiũt, suffragia, quæ fiunt pro uno, etiam prodesse aliis: *Sententia cõmunis* media, omni & soli illi prodesse in ratione satisfa ctionis, pro quo fiunt. *Bell. ib. ca. 18.*

De Sanctis in Cœlo.

Utrum gloria animæ major futura sit post resurrectionem, quam antea? *Lombardus* majorem extensive & intensive futuram affirmat. Hoc *negant* Thomas Caietanus, Durandus, quibus *Bellarminus* accedit, damnat Lombardi sententiam, licet magis eam de mente Augustini esse fateatur. *lib. 1. de Eccl. triumph. cap. 5.* 139

Utrum cultus sanctorum recte vocetur δουλεία? *Bellarminus* affirmat. *Negat* Martinus Peresius, *Bellarm. ibidem cap. 12.* 140

De modo, quo sancti cognoscunt, quid ab illis petamus, sunt divisi in quatuor sententias. 141

I. Quod cognoscant in revelatione Angelorum.

II. Quod per se audiant preces supplicantium: *Bellarminus* utramq; istarum improbat.

III. Quod omnia videant in Deo à principio suæ beatitudinis.

IV. Quod preces nostræ eis revelentur à Deo, quando eas fundimus. *Tertia opinio* Bellarmino videtur probabilior. *Ib. cap. 20.*

De Sacramentis.

Utrum ad Sacramentum novæ legis constituendum necessario requiratur, ut sit signum visibile? *Occam* negat. *Bellarminus* affirmat, & Occamum refutat. *Lib. 1. de Sacr. cap. 9.* 142

Possit

143 Possitne sacramentum proprie definiri? *Occam & Richardus* negant: *Scotus & Asotus* affirmant posse, sed item imperfecte: *Ledesmius* vult, posse definiri proprie. *Bellarm. ibid. cap. 10.*

144. An definitio Sacramenti univoce conveniat Sacramentis legis veteris & novæ? *Negant* Lombardus, Albertus, Thomas, Bonaventura, &c. *Affirmant* Thomas Dom. Asotus & Ledesmius. Utraq; sententia Bellarmino partim placet, partim displicet. *Ib. cap. 12.*

145. An Sacramenta constent ex rebus, ut materia, & verbis ut forma? *Negant* Dom. Asotus & Caietanus. Thomas *affirmat*: Durandus & Adrianus de quibusdam tantum concedunt, Alexander, Abulensis, &c. concedunt de omnib. Sacramentis novæ legis. *Alii* distinguunt largum modum & rigorem, &c. Si magna ex parte, Ergo non omni ex parte. *Ibid. cap 18.*

146. Utrum Augustinus dicens, tract. 80. in Johan. *Unde tanta virtus aquæ, nisi faciente verbo, &c.* loquatur de verbo consecrationis, an de verbo institutionis sacramenti? Hoc posterius alii affirmant: Bellarminus negat, & affirmantes refutat, *Bell. lib. 1. cap. 20. de Sacram.*

147. An & quomodo sacramenta sint causa gratiæ sunt duæ opiniones contrariæ Thomistarum & Scotistarum. *Biel in 4. dist. 1. q. V.*

148. Utrum semper irritetur sacramentum, cum quis intendit introducere novum ritum? *Paludanus* affirmat: & putat Thomam negare. Bellarminus refutat. *Ibidem cap. 21.*

149. An author Sacramentorum novæ legis sit solus Christus? *Negat* Hugo, Lombardus, Alensis, Bonaventura, Marsilius. *Affirmat* concilium Tridentinum. *Bellarmin. ib. cap. 24.*

Utrum

Utrum ad Sacramenti efficaciam requiratur intentio faciendi id, quod Ecclesia facit? Negantem sententiam *Bellarminus* habet pro hæretica. Ad eam tamen proxime accessisse fatetur Catharinum. *Ib.ca.27.* 150.

Utrum requiratur intentio finis Sacramenti, an sufficiat intentio faciendi, quod Christus instituit? *Ibidem.* 151.

Utrum verba Sacramentorum habeant in se virtutem operativam ex Christi institutione? Caietanus, Ledesmius *affirmant*, in ipso etiam ministro esse virtutem operativam, & ab ea dependere virtutem operativam sacramentorum. Alii *negant* ministrum habere vim efficientem. *Bell.ib.ca.27.* 152.

Quod Deus possit dare creaturæ potentiam creandi, & interius abluendi: ad quod creatura possit suscipere, & similiter quod Deus possit creaturæ potestatem creandi communicare, & creare per creaturam tanquam per ministrum *Lombardus* affirmat lib.4. dist.1.& 5. *Sorbonistæ* in hoc magistrum non tenent. 153.

Utrum ad Sacramenti perfectionem sufficiat expressio verborum, in qua continetur intentio Ecclesiæ? Catharinus & Thomas affirmant: Bellarminus negat. *Ibidem cap. 28.* 154.

Utrum sacramenta sint veræ causæ justificationis? Esse veras causas, sed morales non Physicas, sentiunt Ledesmius, Canus, & multi veteres scholastici, *Bellarmino* probabilior & tutior sententia videtur, quæ sacramentis dat physicam efficientiam, *Ib.lib.2.ca.11.* 155.

Utrum sacramenta veteris legis, circumcisione excepta, justificaverint ex opere operantis? *Lombardus* negat. *Discipuli* magistrum non tenent *Bell.ib.ca.*13. 156.

Utrum circumcisio ex opere operato intulerit justificationem? *Affirmant* Alexander, Scotus, Gabriel: sed 157.

refutantur à Bellarmino. Thomas, Scotus, Ladeſmius *negant*, & tamen diſtinguunt. *Bell. ib. cap. 13. Vide Thom. 4. q. 63. a. 6. ad 3.*

158. Quod circumciſio non conferebat gratiam ad bene operandum, nec virtutes ad augmentum, ſed ſolum ad peccata dimittenda valebat: dicit *Lombardus* lib. 4. diſt. 1. *Diſcipuli* Magiſtrum non tenent.

159. Quod parvuli ante octavum diem morientes incircū-ciſi peribant: & quod cauſa neceſſitatis poterant ante circumcidi, Lombardus ſcribit idem: ſed nec hic tenetur Magiſter.

160. Quod quædam ſacramenta ſint inſtituta in remedium tantum, ut matrimonium, affirmat Lombardus. Etiam in hoc Magiſter non tenetur.

De charactere Sacramentali.

161. Utrum character ſit aliquid re diſtinctum ab anima: an ſolum reſpectus rationis? Durandus negat: Cæteri affirmant. *Bel. lib. 2. de ſacram. ca. 19.*

162. Quomodo probari poſſit character? *Scotus* negat poſſe probari ex Scriptura vel patribus. *Gabriel* dubitat, an Eccleſia id definierit. Cæteri contrarium affirmant. *Bell. ib. cap. 19.*

163. Utrum character ſit relatio, an abſoluta qualitas? Durandus vult eſſe relationem rationis, qualis eſt in Doctore, &c. Scotus relationem realem. Bellarminus refutat, & ſtatuit eſſe qualitatem abſolutam. *Ib. ca. 19.*

164. Utrum character ſit in intellectu, an in voluntate, an ſimpliciter in ſubſtantia animæ? *Alii* ponunt in intellectu, *alii* in voluntate: *alii* ſimpliciter in ſubſtantia animæ. Neſciunt tamen omnes, an & quid & ubi ſit. *Bellarminus ibidem.*

Utrum

Utrum Circumcisio & alia sacramenta veteris legis im pressérint characterem in anima? *Thomas* negat, *Scotus* affirmat. *Ibidem*. 165.

De *Baptismo*.

Utrum ad baptismum sufficiat invocatio unius personæ divinæ tantum, ac præsertim Christi? Quidam Papistæ affirmant, Hugo, Lombardus. Bellarminus cum plerisque contrarium sentit, *Lib. 1. de Bap. ca. 3.* 166.

Utrum Baptismus ante passionem Domini institutus fuerit: Chrysostomus, Theophylactus & Leo Rom. *negãt*. Cyrillus, Augustinus, Victorinus, Lombardus, Hugo *affirmant*. *Bell. ib. c. 5.* 167.

Utrum martyrium det gratiam ex opere operato, an ex opere operantis? Dom. Asotus, Ledesmius dicunt ex opere operato. Bellarmino & Thomæ videtur contrarium, quod ex opere operantis. *Bell. ib. ca. 6.* 168.

Utrum omnes à Johanne baptisati baptisandi fuerint baptismo Christi? *Lombardus* negat & distinguit, *Bellarminus* refellit Magistrum. *ibid. ca. 19.* 169.

Utrum Baptismus Johannis Veteris, an Novæ legis fuerit sacramentum? *Lombardus* & plerique scholastici faciunt sacramentis veteris legis similem. *Thomas* cum antea idem sensisset, in contrariam ivit sententiam. *Bell. ib. ca. 19.* 170.

De *confirmatione*.

Sacramentum Confirmationis in concilio Meldensi institutum fuisse *affirmat* Alexander, Bonaventura: *Negat* Bellarminus, *lib. 1. ca. 24. de sacr.* 171.

Quomodo apostoli sacramentum confirmationis ad ministraverint? Scholastici dicunt, quod vario modo id 172.

administraverint. Thomas Waldensis & Hugo, quod semper eodem modo. *Bell. lib.2, cap.9.* Atqui nullo modo, si nondum fuit.

173. Utrum balsamum requiratur in chrismate necessitate sacramenti, an solum necessitate præcepti? Prius affirmant Scholastici & Canonistæ. Posterius recentiores D.D. Caietanus, Asotus, Victorinus. Bellarminus in medio relinquit, quia nescit. *Ib. cap.9.*

174. Utrum minister Sacramenti confirmationis sit solus Episcopus? Richardus negat: cæteri affirmant. *Bell. ibid. cap.17.*

175. Presbyterum posse sacramentum Confirmationis administrare ex dispensatione *negant* Bonaventura, Durandus, Adrianus: *affirmant* contra Richardus, Thomas, Paludanus. *Ibidem.*

De Eucharistia.

176. Num ea, quæ dicuntur de corpore Christi ratione specierum sive accidentium, quibus conjunctum est, ut videri, tãgi, moveri, dicantur de ipso vere & proprie, an per aliquem tropum? *Quidam* prius affirmant. *Alii* posterius *Bell. lib.1. ca.2. de Euch.*

177. Utrum Joh. 6. agatur de Eucharistia? Papistæ plerique (si Bellarmino creditur) affirmant: Negant Biel, Cusanus, Caietanus, Jansenius. *Bell. ib. ca.5.*

178. Quid proprie demonstret Hoc in verbis Domini, *Hoc est corpus meum*? Hic in novem minimum opiniones sunt divisæ Papistæ.

1. *Alii* volunt, Hoc, dum à sacerdote proferuntur verba, nihil demonstrare, sed recitative tantum seu materialiter proferri. Sic glossator Gratiani, Innocentius. III. Scotus ex parte & Scotistæ plerique.

2. *Alii*, quod HOC ſit demonſtratio non ad ſenſum, ſed tantum ad intellectum, quaſi dicat Chriſtus: HOC, id eſt, *ſignatum per hoc, eſt corpus meum*. Sic Alenſis.

3. *Alii* contra, quod HOC ſit demonſtratio non ad intellectum, ſed tantum ad ſenſum, quia demonſtret panem, non tamen ſimpliciter, ſed prout converſus eſt in corpus Chriſti. Hos refutat Thomas, Marſilius.

4 *Alii* quod HOC ſit demonſtratio mixta ad ſenſum & ad intellectum, q. d. *Hoc eſt corpus meum*, id eſt, *illud in quod panis divina virtute eſt trãſmutandus, eſt corpus meum*. Sic Scotus, Richardus, Marſilius.

5. *Alii* quod HOC non demonſtret terminum à quo, id eſt, panem determinate: quia tunc locutio nondum eſſet vera, quod panis ſit corpus Chriſti ante finem prolationis, neq; etiam terminum ad quem, id eſt, Chriſti corpus determinate: quia tunc prolatio verborum non cauſaret tranſmutationem: Sed quod demonſtret quiddam commune utriq; termino indeterminate, ſeu in communi ſubſtantiam, quæ eſt ſub illis ſpeciebus: ut ſit ſenſus: *Hoc, quod continetur ſub his ſpeciebus, eſt corpus meum*. Sic Thomas Aquinas. Sed Thomas de Argentina Aquinatis opinionem ut falſam refutat.

6. *Alii*, quod HOC demonſtret corpus Chriſti, non quod tunc ibi ſit, ſed quod tunc ibi erit, cum ſubſtantia panis in ipſum tranſſubſtantiata fuerit. Sic *Thomas de Argentina*.

7. *Alii*, quod HOC partim verba Chriſti & prolationem verborum, partim aliquid indeterminatum monſtret, q. d. *Hoc eſt corpus meum*, id eſt, *ad huius verbi prolationem à ſacerdote factam hoc totum tranſit in corpus meum*. Sic Bonaventura.

8. *Alii*, quod HOC habeat demonſtrationem vagam,

ut sit sensus: *Hoc*, id est, *existens sub hac forma panis, est corpus meum*: ut cum quis fores pulsans dicit, *tu aperi*: *Tu* habet indeterminatam demonstrationem: quia qui est extra domum, & dicit: *Tu aperi*, nesciens quis sit intus, nihil determinate demonstrat per *Tu*, sed individuum vagum seu incertum appellat: *Tu quisquis es*. Sic Antisidorensis & Durandus.

9. *Bellarminus* simulat se retinere velle glossam Thomę Aquinatis: sed nescit quid sentiat. Nam modo dicit, HOC monstrare materialem panem: *lib. 3. de Euch. c. 29.* modo id rursus negat: *l. 3. Ib. ca. 23.* modo dicit demonstrare species, non quidem in casu recto, ut sit sensus: *Hæ species sunt corpus meum*: sed in obliquo, hoc modo: *Hoc est corpus meum, id est, sub his speciebus est corpus meum. lib. 1. de Euch. cap. 11.* modo denique per HOC intelligit edulium nescio quod, ut sit sensus: *Hoc est corpus meum*: id est, *hoc edulium est corpus meum Ibid.*

179. Utrum unum corpus possit esse in duobus locis localiter? *Quidam* affirmant: *Thomas* & alii negant. *Bell. de Euch. lib. 3. ca. 5.*

180. Utrum in Eucharistia substantia corporis sit sine magnitudine? *Durandus* affirmat, *Occam* negat. *Bell. ibidem cap. 5.*

181. Utrum Christus ingressus sit in mundum per non reseratum Mariæ uterum? & ad discipulos per ostia clausa? *Scholastici* & Bellarminus affirmant: *Durandus* & plerique Patres negant. *Bellarmin. Ib. ca. 6.*

182. Utrum cœlum divisum fuerit & dividetur, cum Christus corpore suo in cœlum ascendit, & corpora beatorum illuc ascendent? *Durandus* affirmat: *Bellarminus* negat. *Ib.*

183. De modo existentiæ corporis Domini in Eucharistia? *Durandus* sentit, formam panis converti, materiam non

con-

converti. *Alii* contrarium ſentiunt. *Rupertus*, panem Euchariſtiæ hypoſtatice aſſumi à verbo. *Ruperti* opinionem refutavit & hæreſeos damnauit *Algerus.* Durandi ſententia pugnat cum Concilio Tridentino, & hæretica à Bellarmino pronunciatur, licet ipſe *Durandus* non videatur hæreticus. *Ib.ca.11.*

De modo exiſtentiæ accidentium, in quonam ea fundentur, grave diſſidium eſt Sophiſtarum. Cōveniunt non fundari in ſubſtantia panis & vini, ut in ſubiecto: nec in forma ſubſtantiali eorum: nec in ſubſtantia corporis & ſanguinis Chriſti: nec in aëre circumſtante, ſed fundari in nihilo. Sed *ſchiſma* in eo eſt, an omnia accidentia ſpecierum ſint ſine omni ſubiecto. *184.*

Alii volunt, ſolam quantitatem eſſe ſine omni ſubiecto: qualitates vero materiales licet poſſint eſſe ſine ſubiecto primo & ſubſtantiali: non tamen eſſe, nec eſſe poſſe ſine ſubiecto proximo & accidentali. Qualitates igitur fundari in quantitate, quantitatem in nullo. Sic Thomas 3.q.77.dub.2.

Alii contra volunt, non ſolum qualitates, ſed & quantitatem eſſe ſine ſubiecto omni, tam accidentali & proximo, quam ſubſtantiali & primo. Sic Scotus in 4.d.12.q.2. Marſilius. Occam. Biel.

Bellarminus concludit magiſtraliter, accidentia ſuſtentari à Deo modo ſupernaturali, & eſſe in ſeipſis negative, non poſitive: ſed non ſubſiſtere per ſe: ſimulq; eſſe in alio, nempe Deo, ut in conſervante, non ut in ſubiecto. *Bell. lib.3.cap. 8.&* 24.

Utrum ex verbis Domini: *Hoc eſt corpus meum*: colligi 185 poſſit ſub ſpecie panis eſſe integrum Chriſtum? Quidam affirmant: Concilium Tridentinum negat. Ideo concomitantiam invehit *Bell.ib.lib.4 c.21.*

186. Utrum maior utilitas ſumatur ex communione ſub utraque ſpecie quam ſub una? Negativam tuetur *Bellarminus* cum concilio Tridentino, Thoma, Bonaventura, Richardo, Gabriele. *Contrarium* ſentiunt Alenſis & Caſſalius *Bell. ib ca. 23.*

187. Utrum Dominus Luc. 24. frangens panem coram duobus diſcipulis celebraverit Sacramentum ſub vna ſpecie? Johannes Lovanienſis & alii *affirmant*. Janſenius *negat*, panem illum fuiſſe Euchariſtiam? ſed tantum eius figuram. *Bell. ib. ca 24.*

188. Quomodo Sacramentum Euchariſtiæ dicatur adorãdum? *Alii* volunt, adorandum formaliter: *alii* materialiter: *alii* λατρείᾳ, *alii* non. *Bell. ib. cap. 29.*

189. An brutum ſumens hoſtiam ſumat verum Chriſti corpus? *Lombardus* negat ſumi, etſi videatur. *Quid*, inquit, *mus ſumit vel quid manducat? Deus novit hoc.* Sorboniſtæ & alii cõmuniter affirmant, quod mus rodẽs panem rodat corpus Chriſti vere: & Magiſtrum non tenent. *Lomb. 4. diſt. 13. cap. penul.*

190. An ſchiſmatici, degradati, præciſi ab Eccleſia, hæretici, excommunicati habeant poteſtatem conſecrandi corpus Chriſti? *Lombardus* negat: *alii* contra Magiſtrum affirmant. *Lomb. ib. ca. Illi vero.*

De Sacrificio Miſſæ.

191. De etymo Miſſæ: alii volunt eſſe Hebræum: alii Latinum: nec de Latina vocis origine conveniunt. *Bell. lib. 1. ca. 1. de Miſſ.*

192. De definitione ſacrificii, quidam Doctor Papiſta definit ſacrificium eſſe omne bonum opus, quod fit, ut ſancta ſocietate inhæreamus Deo, ſive id ſit opus virtutis ſive

non:

non: quam definitionem Bellarminus refutat ut falsam. *ibid ca. 2.*

Locum Malach. *1. In omni loco offeretur*, &c. Arias Montanus interpretatur de sacrificiis gentilium: *Bellarminus* refutat Ariam, & contendit, non posse intelligi de sacrificio crucis, nec de aliquo Judaico, nec de aliquo sacrificio gentiliũ piorum: nec de aliquo sacrificio Jdololatrarum: proinde de sola Missa. *Bell. ib. cap. 10.* 193.

Utrum duo sint sacrificia in Eucharistia, an unum? Communiter volunt esse unum: *Cassalius* dicit esse duo, quod Bellarminus refutat. *Bell. ib. cap. 27.* 194.

Utrum sacrificium Missæ vim habeat solum vel potissimum ex opere operantis, an vero etiam ex opere operato? Communiter affirmant, Negat unus & alter: *Bell. lib. 2. ca. 4.* 195.

De Pœnitentia.

Utrum pœnitentiæ sacramentum sit in sola absolutione; an etiam in actibus pœnitentis? Scotus, Occam, Biel in sola absolutione constituunt: *alii* etiam in actibus pœnitentis. Thomas, Richardus, Durandus absolutionem formam: actus pœnitentis materiam faciunt huius sacramenti. *Bell. lib. 1. cap. 5. de pœn.* 196.

Utrum pœnitentia sit absolutio facta certis verbis? *Scotus* affirmat *Bellarmin.* reprehendit Scotum *ca. 15.* 197.

Utrum materia Sacramenti pœnitentiæ sit actio sacerdotis certo ritu pronunciantis absolutionem? *Gropperus* affirmat: *Cæteri* negant. *Bell ib. cap. 16.* 198.

Quæ sint materiales partes sacramenti pœnitentiæ? *Durandus* solam confessionem materialem partem sacramenti pœnitentiæ facit. *Communis sententia* etiam reliquas duas, *Bell. ib. ca. 17.* 199.

200. Utrum vel conditionalis voluntas haberi possit impossibilium? *Hadrianus* negat : *Bellarminus* affirmat. *lib. 3. cap.2.*

De Contritione.

201. Utrum in Contritione propositum recte vivendi formaliter & expresse an tantum virtualiter & implicite includatur? *Lombardus, Thomas, Scotus, Durandus* non distinguunt, quanquam formale propositum requirere videantur. *Hadrianus, Caietanus, Canus*, aperte requirunt formale propositum. *Maior, Almaynus, Vega* virtuali contenti sunt, quos *Bellarminus* refutat. *Ib.ca.9.*

202. Contritione nos mereri justificationem ex congruo *aliqui* affirmant, *aliqui* negant. l. 2. c. 11.

203. Utrum actus pœnitentiæ fidei & dilectionis tantum sint dispositiones ad remissionem peccatorum, an vero etiam merita congrui, vel condigni? *Capreolus, Dom. Asotus* tantum dispositiones faciunt: *Lombardus, Thomas, Albertus, Bonaventura, Scotus, Durandus, Biel* etiam merita de congruo. *Bell ib. cap. 12.*

204. Utrum contritione perfecta cum voto Sacramenti suscipiendi remittantur peccata ante sacerdotis absolutionem? Papistici DD. affirmant : *Quidam* tamen negant. *Bell. ib. cap. 13.*

205. An si quis egerit pœnitentiam, nulla sit tanta peccatorum magnitudo vel gravitas, quæ pœnitendo non possit expiari? *Richardus* negat, *Bellarminus* affirmat. *Ib. ca. 15.*

206. Quomodo peccatum in Spiritum sanctum dicatur irremissibile? *Richardus* dicit, non ratione culpæ, sed ratione pœnæ. *Bellarminus* Richardum refutat, *Ibidem cap. 16.*

207. Utrum timor malus sit, qui in quatuor præcipuis ani-

næ passionibus numeratur, quæ sunt: timor, cupiditas, dolor, gaudium? *Rupertus* affirmat: *Bellarminus* negat. *cap.* 17.

De confeßione auriculari.

*Utrum Confessio secreta singulorum peccatorum sit de jure divino? Petrus Oxoniensis negat. Erasmus item & Rhenanus. Concilium Tridentinum affirmat. *Bell.lib.* *3.cap.1.2.* 208.

Utrum *Nectarius* Constantinopolitanus Confessionem auricularem simpliciter abrogaverit? *Thomas Waldensis* affirmat: *Bellarminus* negat. *ca.14.* 209.

Tantum publica peccata fuisse publicata coram Ecclesia Bell. affirmat: Richardus & Hassellus etiam occulta. *Bell.lib.3.c.14.* 210.

De satisfactione.

Utrum homo possit Deo satisfacere pro culpa & pœna æterna peractus quosdam, qui ordine naturæ sequantur gratiæ gratum facientis infusionem, & præcedant remissionem peccatorum? *Tapperus* affirmat, & pro se citat Thomam. *Bellarminus* negat, de Thomæ constare senten tia. *lib.4.cap.1.* 211.

Utrum satisfactio fieri possit per opera alias debita? *Thomas*, *Paludanus* & alii negant. *Adrianus & Caietanus* affirmant. *Ib.ca.15.* 212.

Utrum confitens, si recusat suscipere satisfactiones, peccet? Scotus Gabriel, & alii negant. *Lombardus*, Thomas, Richardus, Durandus, Paludanus affirmant. *Ibid.* *cap.* 13. 213.

Utrum opera in peccato mortali facta fieri possint sa- 214.

tisfactoria, si is iterum ad gratiam Dei redeat, qui ea opera fecerit? Aliqui affirmant: alii negant. *Ibidem.*

De extrema Unctione.

215. Utrum locus Marci 6. 13. intelligendus sit de extrema unctione: Waldensis & Castro *affirmãt*: Richardus, Jansenius *negant*, sed tantum de eius figura. *Bellar. lib. 1. capit. 2. de extr.*

216. Utrum corporalis sanitas sit absolutus & ineffabilis effectus extremæ unctionis? *Dom. Asotus* affirmat, *Bellarminus* refutat, *cap 6.*

217. Quæ sint illæ reliquiæ peccatorum, quas extrema unctio dicitur abstergere? *Quidam* volunt abstergi venialia peccata: *alii* pronitatem sive habitum ex peccato relictum. Bellarminus duplices facit peccati reliquias. 1. Peccata quæ remanent post omnia alia sacramenta: 2. Torporem, mærorem & anxietatem, quæ ex peccato relinqui solet. *Ibidem ca. 18.*

218 An etiam laici uti possint oleo sancto: *Innocentius* Papa affirmat. Communiter DD. contra Papam negant. *Waldensis* concedit, si non adsint sacerdotes. *Asotus* de usu olei sancti extra Sacramentum intelligit. *Ibidem capite 9.*

219. Quarum partium unctiones sint de essentia huius Sacramenti? *Aliqui* putant nullam. *Quidam* omnes: *alii* quinque, quæ faciunt in partibus quinq; sensuum, oculis, auribus, naribus, ore & membris: non etiam reliquas duas in renibus & pedibus. *Bell ib. cap. 10.*

De ordine.

220 Utrum ordinatio episcopalis sit Sacramentum vere & proprie dictum? Veteres Scholastici & Dom. Asotus

negant.

negant: Petrus Asotus Caietanus, Scotus, Durandus, Paludanus & Canonistæ plerique affirmant. *Bell. lib. 1. ca. 5. de ord.*

Utrum Diaconatus sit verum Sacramentum? Bellarminus affirmat, Durandus & Caietanus negant. *ibidem cap. 6.* 221.

Utrum subdiaconatus sit verum sacramentum? Bellarminus fatetur esse incertum. Addit probabile esse, quod sit verum Sacramentum. *Ib. cap 7.* 222.

Utrum minores ordines sint Sacramenta? *Bellarminus* dubitat. *Petrus Asotus* & Veteres Scholastici affirmant. *Bell. lib. 2. ca. 8.* 223.

Utrum manus impositio ad essentiam Sacramenti pertineat? *Dom. Asotus* negat. *Petrus Asotus*, Ledesminus & Hosius affirmant. *ib. cap. 9.* 224.

Utrum episcopi Simoniaci degradati possint conferre ordines? *Lombardus* negat 4 d. 25. *Sorbonista* & alii non tenentes Magistrum affirmant. 225.

De *Matrimonio.*

Utrum matrimonium vere an æquivoce sit Sacramentum? *Durandus* dicit, non nisi æquivoce; reliqui vere. *Bell. lib. 3. cap. 2.* 226.

Utrum matrimonium sit Sacramentum novæ legis: an etiam in veteri lege fuerit? Alfonsus à Castro & Petrus Asotus negant esse proprium sacramẽtum novæ legis: Bellarminus negat hoc tuto defendi posse. *Ib. cap. 5.* 227.

Utrum copula carnalis sit pars sacramenti matrimonii? Quidam negant: alii affirmant. *Bell. ib.* 228.

Utrum coniugati, qui convertuntur ad fidem post Baptismum iterum debeant inter se contrahere matri- 229.

monium? *Paludanus*, Capreolus, Eccius affirmant: *Thomas de Argentina* & quidam alii negant. *Bell.ib.*

230. Utrum omne matrimonium inter Christianos legitime contractum sit Sacramentum? *Melchior Canus* negat: *Bellarminus* Canum refutat. *cap.6.*

231. Utrum Patriarchæ unam tantum legitimam uxorem habuerint, an plures? *Quidam* affirmant *alii* negant. *Communis sententia* scholarum, habuisse plures dispensatione divina, *Bell.ib.ca.11.*

232. Utrum propter fornicationem divortio facto conjugi innocenti liceat ad alias nuptias transire? *Erasmus* affirmat: item Caietanus & Catharinus. *Concilium Tridentinum* negat. *Bell.ib.ca.15.*

233. Utrum repudium Judæis concessum ita, ut aliud matrimonium post repudium iniri posset, permissum fuerit ut licitum an vero ut minus malum? *Lombardus*, Bonaventura, Richardus, Dom. A sotus, &c. ut minus malum: *Scotus*, Thomas, Durandus, Paludanus, Abulensis, Eccius, Petrus A sotus ut licitum, *Bell.ib.ca.17.*

234. Utrum ad essentiam matrimonii requiratur consensus parentum? *Erasmus* affirmat: Papistici DD. & concilium *Tridentinum* negant. *Ib.ca.19.*

235. Quo jure votum solenne dirimat matrimonium, quod post eiusmodi votum celebratur, naturaline an divino, an solum Ecclesiastico & positivo? *Thomas*, Bonaventura, Albertus, Richardus, Durandus, Dom. A sotus, jure divino ac naturali per votum dirimi matrimonium: *Scotus*, Paludanus, Caietanus, canonistæ contra, solo Ecclesiæ decreto id fieri statuunt. *Bell.ib.ca.12.*

236. Utrum conjugium fratris cum sorore germana, ex utroque parente, aut ex altero tantum parente, privigni item cum novecra, aut vitrici cum privigna jure naturæ

ſit prohibitum? *Caietanus* negat. *Sententia communior* affirmat. *Bellarminus ibid. ca. 28.*

Utrum qui duxit ſponſam, ſponſo defuncto, cui cum illa conſenſus de præſenti intercesſerat, ad ſacros ordines admitti poſſit? *Lombardus* negat, cum ſponſam viduam duxerit. *Sorboniſtæ* & alii Magiſtrum hic non tenent, *Lombardus l. 4. d. 27. & ult.* 237.

Utrum qui cognovit ſororem vxoris ſuæ, uxori petenti debitum reddere poſſit? *Lombardus* negat: *Diſcipuli* Magiſtrum non tenent. *Lomb. 4. d. 34. ca. De his.* 238.

Utrum, ſi quis, relicto domi vxore, abiens in longinquã regionem ducat aliam uxorem, deinde pœnitentia ductus eam dimittere velit, aſſerens ſe aliam habere uxorem, ſuperſtitem, Eccleſia vero, quia ignorat verum eſſe quod aſſerit, eum poſteriorem tenere cogat: an, inquam, excuſetur per obedientiam & timorem, & uxori petenti debitum reddere teneatur? Magiſter affirmat: Diſcipuli negant. *Lomb. 4. d. 38 cap. ult.* 239.

SED ceſſo movere diutius hanc fœtidam Camarinam. Hæc eſt bella illa Papiſticorum Doctorum concordia: Et iſti concordiſſimi ſcilicet Cadmæi fratres diſſidia nobis exprobrabunt? feſtucam in oculo noſtro monſtrabunt, qui trabem in proprio oculo non cernunt?

VARIIS quidem illi coloribus ſchiſmata ſua pingere & excuſare ſolent, quod tantum ſint de Ceremoniis, non de fide: vel de fide quidem, ſed nondum definita ab Eccleſia: vel ſunt diſſenſiones tantum in verbis, non in rebus, quæ facile conciliari poſſint: denique quod omnes diſſentientes ſententias ſuas ſubmittant Eccleſiæ judicio, & ita in fide Eccleſiæ omnes conſentiant. Sic *Bellarminus* paſſim ſuorum pugnas pingit & conciliat: Sic & *ſacrificus*

ille BELLI V. Evangelii author meretricis suæ pudenda tegere conatur.

SED frustra in meridie latebras quærunt. Quis enim tam est bardus, quin intelligat, de plurimis gravissimis fidei tam Catholicæ quam Theologicæ capitibus, de Scriptura sacra, de peccato, de libero arbitrio, & de gratiæ cum eo concursu, de iustificatione, de meritis, de Ecclesia, de Sacramentis, &c. multa pugnantia eos statuere? An, verbi causa, novē opiniones de unica particula HOC in verbis Eucharistiæ non sunt vere dissidentes? An de fide non est, utrum gratis simus electi tantum ad gratiam: an vero etiam ad gloriam? An non definitum est ab Ecclesia vestra in Florentino Concilio, esse septem Sacramenta proprie dicta? Cur ergo Bellarminus dubitat, alii affirmant? An de fide non est, utrum quis de gratia & salute propria certus esse possit? utrum opera nostra sint meritoria vitæ æternæ ex condigno? Profecto hoc posterius affirmare, prius negare, manifeste est contra fidem, quia contra scripturam. Contrarium igitur utriusque est de fide & iuxta fidem, quia iuxta Scripturam. Nonne etiam de fide est, quod Dominicani cum Jesuitis, Jesuitæ cum Jesuitis de auxiliis gratiæ & prædestinatione divina hodie concertant? An denique de fide ipsorum non est capitale caput, an Papa possit solus, vel in cathedra, deviare, fieri hæreticus, hæresin docere, deponi? in quo tamen plurimum dissident. Plura exempla suppeditat Elenchus præmissus.

Quid vero? An Ecclesia hactenus tam fuit negligens, ut non cogitaverit, an tam occupata, ut non vacaverit, an tam ignara, & à Spiritu sancto derelicta, ut non potuerit tot seculis definire, quæ essent vel non essent de fide salvandorum?

Et quid denique ad excuſanda Sophiſtarum diſſidia illud facere poteſt, quod omnes illi litigantes ſeſe Papæ ut Judici ſubmittunt, quodque Papa omnes repugnantium opinionum ſpinas, tricas & ſordes pallio ſuo contegit? Num partes in foro litigantes, quia utraque eidem ſe Judici ſubmittit, ideo non vere diſſident, ſibique repugnant? Num orthodoxi & hæretici, quia ambo dogmata ſua pugnantia Scripturæ ſacræ ſubmittunt, & ad eam provocant, ideo non realiter diſcordant? Num avaritia & prodigalitas, crudelitas & lenitas ſimiliaque vitia contraria, quia in genere vitii concurrunt, ideo non veraciter pugnant? An denique, (quod veriſſime de tot contrariis opinionum & ſophiſticationum monſtris dici poteſt) vulpes Simſonis capitibus ideo non diſſidebant, & in cõtraria currebant, quia caudis colligatæ mutuo tenebantur? Ita prorſus Sophiſtæ, cum capitibus in contraria tendant, ſeu banni metu, ſeu præbendarum amore, omnes ſeſe Papæ Antichriſto ſubmittunt. Patet itaque ex iſtis plus ſatis, non habere Papiſtas, quod vel de unitate ſuorum Doctorum glorientur, vel nobis diſſidia noſtrorum exprobrent.

CAPUT XXVIII.

Ad articulos Eccleſiis reformatis falſo, vel non bona fide impoſitos, breviſſime reſpondetur.



UERITUR AUGUSTINUS, ſibi à Pelagianis ſedecim articulos falſo vel calumnioſe impoſitos fuiſſe, ut doctrinæ eius de prædeſtinatione divina, qua illi ſe premi ſentiebant, invidiam conflarent. Eandem injuriam in eadem cauſa hodie nos patimur, & querelam de noſtris Pelagianarum reliquiarum ſectatoribus inſtituere cogimur. Quia enim orthodoxam ſcripturarum & ſancti illius Patris doctrinam de fide & gratia, & de prædeſtinatione aliorum ad vitam, aliorum ad mortem tradimus & urgemus: contexunt illi, & quam poſſunt odioſiſſimis verbis proponunt ineptiſſimarum quarundam blaſphemiarum prodigioſa dogmata, quæ publice privatimque circumferunt, aſſerentes, talia in noſtro eſſe ſenſu, qualia diabolicis indiculis continentur. Ut vero AUGUSTINUS propoſitis ſingillatim articulis ſub uno quoque eorum ſenſus ſui & fidei, quam contra Pelagianos defendebat, verba poſuit: ita nos ſingulis illis articulis falſo vel non bona fide, nobis impoſitis noſtræ doctrinæ ſenſum breviſſime ſubiiciemus: ut omnes evidenter agnoſcant, impiarum opinionum nullum cordibus noſtris inhæſiſſe veſtigium: & blaſphemias, quas perſpexerint noſtra profeſſione damnari, in earundem repertoribus cenſeant debere puniri.

SUPRA quidem cap. XXIV. aliqui id genus articuli etiam fuerunt breviter diſcuſſi. Ibi vero id potiſſimum agebatur, ut quomodo in illis Lutherani vel à nobis non diſſentirent, vel cum Papiſtis non conſentirent, vel cum his in errore conſentirent, oſtenderetur. Hic iam paulo plures producendi, & quid de ſingulis ſentiamus, aliquanto expreſſius indicandum erit.

ARTICULUS I.

Quod Dominus noster Jesus Christus non pro omnium hominum redemtione sit passus & mortuus.

RESPONSIO.

HIC primus etiam AUGUSTINO fuit falso impositus articulus. Communem igitur cum *Augustino* defensionem nos habemus. *Quod ad magnitudinem & potentiam pretii attinet, inquit ille, sanguis Christi est redemtio totius mundi.* Sed *qui hoc seculum sine fide pertranseunt, redemtionis alieni sunt.* Cur sic pertransire à Deo sinantur, occulta causa est, injusta esse non potest. Ista sufficiebant pro defensione Augustini. Sufficiant etiam pro nostra.

Hoc dogma (scripsit nuper a quidam) peculiariter suum fecit *Ecclesia Palatina*, disputando, Christum non esse mortuum pro omnibus, sed tantum pro electis. Hem blasphemiam! Quidni nostrum faceremus hoc dogma sobrie intellectum? EST enim dogma CHRISTI Servatoris nostri: b *Filius hominis dedit se* λύτρον *pro multis.* c *Non oro pro mundo, sed pro iis, quos dedisti mihi.*

a *Myl. in prodro. thes. 60.*

b *Matt. 20. 28.*

c *Joh. 17. 9.*

EST dogma APOSTOLI: d *Iustitia Dei per fidem Christi in omnes & super omnes* CREDENTES.

d *Rom. 3. 22.*

EST dogma ORIGENIS: e *Christus animam suam dedit redemptionem pro multis, qui crediderunt in eum.*

e *Orig. in Matt. homi 12.*

a De fide l. 4. c. 1. Est dogma AMBROSII: a *Si non credis, tibi non passus est.*

b Ser 117. de temp. Est dogma AUGUSTINI locis innumeris: b *Omnia traxit, qui de electis suis apud inferos nullum reliquit: Omnia abstulit utique electa, &c.*

c Cyril. l. 11. c. 19. in Ioh. Est dogma CYRILLI: c *Dominus Iesus suos à non suis separans*, TANTUMMODO, inquit, *pro eis oro, qui verba mea acceperunt.*

d Ad capitu'a Gal er. ca. 9 l. Est dogma PROSPERI: d *Quantumvis rectissime dicatur Salvator pro totius mundi redemptione crucifixus, propter communem in primo homine perditionem, & communis naturæ susceptionem: potest tamen dici pro his* TANTUM *crucifixus, quibus mors ipsius profuit.*

e Greg. l. 1. hom. 2. super Ez. Est dogma GREGORII: e *Pro electorum vita usque ad mortem se tradidit authori vitæ.*

f Cent. 9 Col. 116. Est dogma HAYMONIS: f *Christus mortuus est pro omnibus prædestinatis ad vitam.*

g Cent 11 Col 92. Est dogma ANSHELMI: g *Christus redemit omnes, qui salvandi erant.*

h Ser 10. de 9. ver. Psa 92. Est dogma BERNHARDI: h *Christus secundum tempus quidem pro impiis mortuus est: secundum prædestinationem autem pro fratribus & amicis.*

i Lib 2. miss. c. 4 Est dogma INNOCENTII: i *Pro* SOLIS *prædestinatis effusus est Christi sanguis, quantum ad efficientiam, sed pro omnibus hominibus, quantum ad sufficientiam.*

k Tho. de verit. mort. 26 q. 7. Est dogma THOMÆ: k *Meritum Christi quantum ad sufficientiam, æqualiter se habet ad omnes: non autem quantum ad efficaciam.*

l Lyr. in 1. Ioh. 2 Est dogma LYRÆ: l *Christus est propitiatio pro peccatis totius mundi, quantum ad sufficientiam: sed pro* ELECTIS TANTUM, *quantum ad efficaciam.*

m Chem harm. l. 2. p. 83. Est dogma CHEMNITII: m *Sicut herba ægro non me-*

detur, nisi recte usurpetur & applicetur: ita virtus passionis Christi sufficiens est ad tollenda peccata totius mundi: sed illis SOLIS *prodest, qui agnum hunc recipiunt.*

AGNOSCIMUS ergo hoc dogma nostrum esse, quia est Catholicum: & quia cõtrarium dogma: *Christum esse mortuum tum quoad efficaciam, quam quo ad sufficientiam* λύτρου, *non pro solis electis, fidelibus, salvandis, sed etiam pro reprobis, infidelibus, damnatis, & damnandis,* est manifeste falsum & impium: quoniam efficacia mortis Christi est salus æterna, & sic etiam reprobi, infideles salvarentur.

DICIT idem ille Scriptor, *nos cum beatis cælitibus in vita æterna etiam Catones, Scipiones, Camillos, Hercules, Numam collocare*: Ubi vero hoc legit in nostris? *Dicet*, in *Zwinglii Expositione Fidei*, quinquennium post authoris obitum evulgata. Quæro ubi præterea legerit in nostris? Quæro etiam, si in hoc Zwinglius erravit, an præterea boni aliquid liber ille contineat? Profecto aureus est liber, quem utinam pluribus legere, quam carpere liberet. Si nævum hunc habet, expungatur sane, & condonetur ei. Sed non esse nævum Zwinglii, sed esse calumniam malevolorum, alii jampridem ostenderunt. Heroibus enim illis Zwinglius Dei conspectum tribuit sub conditione, siquidem IN FIDE hinc migraverunt. Expresse enim dicit: *Et quotquot* IN FIDE *hinc migraverunt, maiores tuos videbis*. Eximios vero heroas illos, Numam, Cyrum, Darium, Artaxerxen, &c. non solus Zwinglius, sed jam olim Patres nonnulli, ipseque Melanchthon, aliqua veri Dei cognitione & fidei scintilla imbutos fuisse, ex canone charitatis censuerunt. LUTHERUS quoque de Cicerone, si Sermonibus convivalibus creditur, c. xx. dicit: Cicero ein Weiser vnd fleissiger Man/ hat viel gelitten vnd gethan/ ich hoffe/ Gott werde jhme vnd seines gleichen

Myl. ib. f. 60.

gnedig seyn/ ho. est, *Cicero vir sapiens & sedulus multa fecit & passus est. Spero Deum ipsi & similibus ipsi propitium futurum.* Dicant nobis, Lutherus an Zwinglius hoc sperans peccarit gravius? Imo viderint, ne dum culicem colant, elephantum devorent. An nesciunt enim, a BRENTIUM non modo Numam, Scipiones, Catones, sed *Satanam ipsum, omnesque diabolorum familias* IN COELO *collocasse*? Utrum vero Christianius, heroes an Satanam in cœlum recipere?

a De Maj. Carn.

ARTICULUS II.

Quod Deus voluerit Adamum labi.

RESPONSIO.

RESPONDEAT pro nobis, b AUGUSTINUS: *Quia Deus cuncta præscivit, & ideo hominem quoque peccaturum ignorare non potuit: secundum id quod præscivit atque* DISPOSUIT, *civitatem sanctam debemus asserere: non secundum illud, quod in nostram cognitionem pervenire non potuit, quia in* DEI DISPOSITIONE *non fuit.* Et c alibi: *Quapropter saluberrime confitemur, quod rectissime credimus, Deum Dominumque rerum omnium, qui creavit omnia bona valde, & mala ex bonis exoritura esse præscivit, & scivit magis ad suam omnipotentissimam bonitatem pertinere, etiam de malis benefacere, quam mala esse non sinere: sic* ORDINASSE *angelorum & hominum vitam, ut in ea prius ostenderet, quid posset eorum liberum arbitrium, deinde quid posset sua gratiæ beneficium, iustitiæ iudicium.* Secundum AUGUSTINUM igitur Deus lapsum angelorum & hominum DISPOSUIT,

b Lib. 14 de C. D. c. 11.

c De corre. & gra. c. 10.

ORDI-

ORDINAVIT, quod plus eſt, quam quod VOLUIT.

Reſpondeat etiam pro nobis a LUTHERUS: *Cur permiſit Adam ruere, cum potuiſſet illum ſervare? Deus eſt, cuius* VOLUNTATIS *nulla eſt cauſa nec ratio, quæ illi ceu regula & menſura præſcribatur.* Secundum LUTHERUM igitur lapſus Adami fuit VOLUNTATIS DEI.

a *De ſervo arb. c.* 152.

RESPONDEMUS vero & nos breviter, Deum hominis lapſum VOLUISSE ſic abſolute nulli ſcripſerunt: quia verbum VELLE eſt valde ambiguum. Modo enim ſignificat *præcipere*, modo *approbare tantum*. Neutro modo Deus hominem labi voluit: modo ſignificat *non velle impedire, ſed permittere*. Sic utique voluit. Secus homo lapſus non fuiſſet, Deus igitur hominis lapſum noluit & voluit, diverſo reſpectu & ſenſu. NOLUIT, ut lapſum, ut peccatum, ut interitum hominis. Neque enim Deus eſt volens iniquitatem, aut mortem peccatoris. VOLUIT tamen ut explorationem hominis, & manifeſtationem liberi arbitrii, quid poſſet ſibi relictum, ſine ſpeciali gratia. NOLUIT approbatione: VOLUIT permiſſione. Videatur *Auguſtinus lib. 14. de C. D. cap. 27. & in Gen. ad lit. lib. 11. cap. 6. Et Bell. lib. 3. de amiſſ. grat. cap. 2.* Si quis dicat, *Deum ſimpliciter* NOLUISSE *hominem labi*, quæro, cum homo lapſus ſit: quomodo non invito Deo homo lapſus ſit? & quomodo Deus omnipotens? Et dicat mihi, quomodo abſque DEI VOLUNTATE ceciderit homo in mortem, abſque qua non paſſer in terram? *Vide cap. XXIV. ad art. II, & III.*

ARTICULUS III.

Quod Deus peccata impiorum velit, omniumque peccatorum nostrorum sit author, nec tantum ea permittat, sed etiam efficiat.

RESPONSIO.

a Au. l. 5. cõt. Iul c. 3 & de gr. & l. arb c. 20. 21.



Ic fuit articulus Quintus AUGUSTINO falso impositus a AUGUSTINUS enim asserens, omnes homines prævaricationis & damnationis obnoxios nasci, à PELAGIO insimulabatur, *quod Deum faceret authorem culpæ, quia eum profitebatur conditorem naturæ.* Rursus à JULIANO Pelagiano eadem calumnia ei impingebatur hoc nomine, *quod ex scriptura S. doceret, Deum non solum* BONAS *hominum voluntates, quas ipse* FACIT *ex malis, & à se factas bonas in actus bonos, & in æternam* DIRIGIT *vitã: verumetiam illas, quæ conservant sæculi naturam* (*h.e.* MALAS) *ita habere in sua potestate, ut eas,* QUO VOLUERIT, QUANDO VOLUERIT, FACIAT INCLINARI, *vel ad beneficia quibusdã præstanda, vel ad pœnas quibusdam ingerendas, sicut ipse iudicat, occultißimo quidem iudicio, sed sine dubitatione iustißimo.* ITEM: *Deum Pharaonis voluntatem proprio vitio suo* MALAM *in peccatum judicio suo justo & occulto* INCLINASSE. Item: DEUM CORDIBUS *etiam* MALORUM *uti ad laudem atq; adjumentum bonorum.* Item, *Deum dissipasse consilium Achitophel bonum,* AGENDO *in* CORDE *Absolon, ut tale consiliũ repudiaret.* Item: *Deum omnipotentem in* CORDIBUS *hominum etiam* MOTUM VOLUNTATIS *eorum operari, ut per eos agat, quod per eos agere ipse voluerit.* Denique DEUM *operari in* CORDIBUS *ho-*

minum ad INCLINANDAS *eorum* VOLUNTATES, *quocunque* VOLUERIT, *sive ad* BONA *pro sua misericordia, siue ad* MALA *pro meritis eorum,* JUDICIO *uique suo aliquando aperto, aliquando occulto, semper autem iusto.*

HÆC & similia, quia legebantur, in AUGUSTINI libris, PELAGIANI calumniabantur, eum facere DEUM peccati & scelerum authorem, SIMILIA etiam quia leguntur in orthodoxorum libris, Deum authorem peccatorum facere arguuntur. ATQUI profecto neque Scripturas sacras legerunt, neque judicia Dei intelligunt illi, qui ita nos criminantur. Quis enim dicitur *indurasse cor Pharaonis* Exod. 7? nonne Deus? Quis *pervertisse corda Ægyptiorum, ut odio haberent Israelitas.* Psalm. 105. 25. Nonne Deus? quem locum LUTHERUS vernacule sic reddidit: Er (der Herr) verkeret jener (der Egyptier) hertz / daß sie seinem Volck gram würden / vnnd gedachten seine knechte mit list zudempffen. Quis dedit *spiritum mendacem in ora omnium Prophetarum Achabi.* 1. Reg. 22.22? Nonne Deus? Quis dixerat Simei: *Maledic Dauidi* 2.Sam.16. 10? Nonne Deus? Quis dicitur *Errare fecisse Israelitas* Jes. 63. 17? *quis seduxisse Prophetas* Ezech. 14.9? Nonne Deus? Quis dixit Jesaiæ: *Vade excæca cor populi huius: & aures eius aggrava: & oculos eius claude, ne forte videat oculis suis, &c.* Jes. 6. 10? Nonne Deus? Quis *tradidit gentes cupiditatibus cordium suorum ad impuritatem, ut fœdarent corpora sua invicem; & ita ἀντιμισθίαν erroris sui quam oportet, reciperent in sese ipsis.* Rom. 1. 24. 27? Nonne Deus? *Quis immittit efficaciam erroris sectatoribus Antichristi.* 2. Thess. 2. 12? Nonne Deus? Quis deniq; *impulit Davidem, ut numeraret Israelem.* 1. Par. 21.1? Nonne Satan? Nonne & furor Jehovæ. 2.Sam. 24. 1? An vero Scriptura sic loquens Deum facit authorem peccati? Ita certe, si Pelagianos, & eos,

qui hodie, deserto Luthero, Pelagium imprudentes sequuntur, audimus.

At, inquiunt, Deus dicitur mala fecisse, quia fieri permisit: Non igitur author est peccati. Quis vero potestatem istis fecit, ita torquere scripturas, ut *facere* sit idem quod *permittere*? Quis glossatores tales ferat: *Dedit spiritum mendacem*, id est, *dari permisit: Immisit efficaciam erroris*, id est, *immitti permisit*? Sed esto. Num permissione sua Deum probe satis à culpa vindicarunt? Profecto minime. Nunquid enim herus culpa vacabit male administratæ familiæ, qui famulos domi suæ, quos cohercere poterat, helluari, scortari, tumultuari, ima summis miscere permittit? Præposteri igitur isti bonitatis Dei vindices, imbrem dum fugiunt, quod dicitur, in profluentem incurrunt, & manibus pedibusq; in lutum blasphemiæ sese demergunt. Nuda enim permissione Deum & de throno deponunt, nec judicem mundi esse sinunt: & à societate criminum nequicquam liberant, sed culpabilis indulgentiæ insimulant. Atqui nec scripturas ita torquere convenit, nec Deum de sede sua deponere oportet, ut eum à culpæ societate liberemus.

Qui vero Scripturas sacras de his adorandis, non sugillandis Dei judiciis loquentes bene cõsiderant: in operibus malorum tria spectari oportere observant: *Primo*: actiones seu motus impiorum. *Deinde* malitiam actionum seu motuum. *Tertio* judicia occulta, quæ Deus per malas illas actiones seu motus vel ad puniendos impios, vel ad benefaciendum piis exsequitur. *Motus* sunt bona naturalia. Deo igitur nemo derogare potest: *In Deo siquidem movemur & sumus* omnes tam mali, quam boni. *Malitiam & ἀταξίαν motuum*, qui à Deo esse dixerit, anathema sit. Tota enim hæc ex prava diaboli sugge-

In actionibus malorũ tria cõsiderãda.

Act 17. 28.

stione,

gestione, & mala hominis voluntate fluit. Absit igitur, ut istam Deo adscribi patiamur. Opera vero malorum, ut venditionem Josephi, spoliationem Jobi, seditionem Jeroboami, proditionem Judæ, &c. quoties scriptura adscribit Deo: spectat *occulta judicia*, quæ in hominum peccatis justissime Deus exercet, absque quibus judiciis si esset, utique nec creaturas ita moveret, nec malitiam in motibus permitteret. Tam bonus enim est Deus, ut mali nihil permitteret, nisi de malo bonum facere posset. Motus igitur & judicia Deo, malitiam diabolo & hominibus malis secundum Scripturas attribuere oportet. Ita *Augustinus* locis prænotatis & aliis plurimis: ita & nos. Qui hæc nondum didicerunt in Scripturis, nihil didicerunt. Ne igitur quæso carpant, quod non intelligunt. Legant vero Sacram Scripturam à primo capite Geneseos ad calcem usque Apocalypseos: utque hęc occulta, sed justa DEI judicia malorum operibus cognoscere possint, Deum orent, & criminari nos desinent. Vide supra cap. XXIV. ad artic. II, & III.


Actiones malorum quatenus Scriptura Deo tribuat.

ARTICULUS IV.

Quod omnipotentiam Dei circumscribamus, & abnegemus, docentes Deum non omnia posse.

RESPONSIO.

HÆc falsa accusatio fuit sup. cap. XXIV. artic. I. diluta. DEO *nihil est impossibile, nisi quod non vult*, ait Tertullianus de carne Christi: Imo plura potest, quam vult. Quædam facere non potest, quia nec velle potest, ut peccare, mentiri, mori, contradictoria simul vera facere, &c.


UERITUR AUGUSTINUS, ſibi à Pelagianis ſedecim articulos falſo vel calumnioſe impoſitos fuiſſe, ut doctrinæ eius de prædeſtinatione divina, qua illi ſe premi ſentiebant, invidiam conflarent. Eandem injuriam in eadem cauſa hodie nos patimur, & querelam de noſtris Pelagianarum reliquiarum ſectatoribus inſtituere cogimur. Quia enim orthodoxam ſcripturarum & ſancti illius Patris doctrinam de fide & gratia, & de prædeſtinatione aliorum ad vitam, aliorum ad mortem tradimus & urgemus: contexunt illi, & quam poſſunt odioſiſſimis verbis proponunt ineptiſſimarumq́ quarundam blaſphemiarum prodigioſa dogmata, quæ publice privatimque circumferunt, aſſerentes, talia in noſtro eſſe ſenſu, qualia diabolicis indiculis continentur. Ut vero AUGUSTINUS propoſitis ſingillatim articulis ſub uno quoque eorum ſenſus ſui & fidei, quam contra Pelagianos defendebat, verba poſuit: ita nos ſingulis illis articulis falſo vel non bona fide, nobis impoſitis noſtræ doctrinæ ſenſum breviſſime ſubiiciemus: ut omnes evidenter agnoſcant, impiarum opinionum nullum cordibus noſtris inhæſiſſe veſtigium: & blaſphemias, quas perſpexerint noſtra profeſſione damnari, in earundem repertoribus cenſeant debere puniri.

SUPRA quidem cap. XXIV. aliqui id genus articuli etiam fuerunt breviter diſcuſſi. Jbi vero id potiſſimum agebatur, ut quomodo in illis Lutherani vel à nobis non diſſentirent, vel cum Papiſtis non conſentirent, vel cum his in errore conſentirent, oſtenderetur. Hic iam paulo plures producendi, & quid de ſingulis ſentiamus, aliquanto expreſſius indicandum erit.

ARTI

ARTICULUS I.

Quod Dominus noster Jesus Christus non pro omnium hominum redemtione sit passus & mortuus.

RESPONSIO.

HIc primus etiam AUGUSTINO fuit falſo impoſitus articulus. Communem igitur cum *Auguſtino* de-enſionem nos habemus. *Quod ad magnitudinem & poten-iam pretii attinet, inquit ille, ſanguis Chriſti eſt redemtio totius mundi.* Sed *qui hoc ſeculum ſine fide pertranſeunt, redemtionis a-ieni ſunt.* Cur ſic pertranſire à Deo ſinantur, occulta cau-ſa eſt, injuſta eſſe non poteſt. Iſta ſufficiebant pro defen-ſione Auguſtini. Sufficiant etiam pro noſtra.

Hoc dogma (ſcripſit nuper a quidam) peculiariter ſuum fecit *Eccleſia Palatina*, diſputando, Chriſtum non eſſe mortuum pro omnibus, ſed tantum pro electis. Hem blaſphemiam! Quidni noſtrum faceremus hoc dogma ſobrie intellectum? Eſt enim dogma CHRISTI Servatoris noſtri: b *Filius hominis dedit ſe* λύτρον *pro multis.* c *Non oro pro mundo, ſed pro iis, quos dediſti mihi.*

a *Myl. in prodro. theſ.* 60.

b *Matt.* 20.28.

c *Ioh.* 17.9.

EST dogma APOSTOLI: d *Iuſtitia Dei per fidem Chriſti in omnes & ſuper omnes* CREDENTES.

d *Rom.* 3.22.

EST dogma ORIGENIS: e *Chriſtus animam ſuam dedit redemptionem pro multis, qui crediderunt in eum.*

e *Orig. in Matt. homi* 12.

a De fide l. 4. c. 1. Est dogma Ambrosii: a *Si non credis, tibi non passus est.*

b Ser. 117. de temp. Est dogma Augustini locis innumeris: b *Omnia traxit, qui de electis suis apud inferos nullum reliquit: Omnia abstulit utique electa, &c.*

c Cyril. l. 11. c. 19. in Ioh. Est dogma Cyrilli: c *Dominus Iesus suos à non suis separans*, Tantummodo, inquit, *pro eis oro, qui verba mea acceperunt.*

d Ad capitula Gall. cap. 9. Est dogma Prosperi: d *Quantumvis rectissime dicatur Salvator pro totius mundi redemtione crucifixus, propter communem in primo homine perditionem, & communis naturæ susceptionem: potest tamen dici pro his* tantum *crucifixus, quibus mors ipsius profuit.*

e Greg. l. 1. hom. 2. super Ez. Est dogma Gregorii: e *Pro electorum vita usque ad mortem se tradidit authori vitæ.*

f Cent. 9. Col. 116. Est dogma Haymonis: f *Christus mortuus est pro omnibus prædestinatis ad vitam.*

g Cent. 11. Col. 92. Est dogma Anshelmi: g *Christus redemit omnes, qui salvandi erant.*

h Ser. 10. de 9 ver. Psa. 92. Est dogma Bernhardi: h *Christus secundum tempus quidem pro impiis mortuus est: secundum prædestinationem autem pro fratribus & amicis.*

i Lib. 2. miss. c. 4. Est dogma Innocentii: i *Pro* Solis *prædestinatis effusus est Christi sanguis, quantum ad efficientiam, sed pro omnibus hominibus, quantum ad sufficientiam.*

k Tho. de verit. mat. 26 q. 7. Est dogma Thomæ: k *Meritum Christi quantum ad sufficientiam, æqualiter se habet ad omnes: non autem quantum ad efficaciam.*

l Lyr. in 1. Ioh. 2. Est dogma Lyræ: l *Christus est propitiatio pro peccatis totius mundi, quantum ad sufficientiam: sed pro* Electis tantum, *quantum ad efficaciam.*

m Chem. harm. l. 2. p. 23. Est dogma Chemnitii: m *Sicut herba ægro non me-*

detur, nisi recte usurpetur & applicetur: ita virtus passionis Christi sufficiens est ad tollenda peccata totius mundi: sed illis SOLIS *prodest, qui agnum hunc recipiunt.*

AGNOSCIMUS ergo hoc dogma nostrum esse, quia est Catholicum: & quia cōtrarium dogma: *Christum esse mortuum tum quoad efficaciam, quam quo ad sufficientiam* λύτρου, *non pro solis electis, fidelibus, salvandis, sed etiam pro reprobis, infidelibus, damnatis, & damnandis,* est manifeste falsum & impium: quoniam efficacia mortis Christi est salus æterna, & sic etiam reprobi, infideles salvarentur.

DICIT idem ille Scriptor, *nos cum beatis cœlitibus in vita æterna etiam Catones, Scipiones, Camillos, Hercules, Numam collocare*: Ubi vero hoc legit in nostris? *Dicet*, in *Zwinglii Expositione Fidei*, quinquennium post authoris obitum evulgata. Quæro ubi præterea legerit in nostris? Quæro etiam, si in hoc Zwinglius erravit, an præterea boni aliquid liber ille contineat? Profecto aureus est liber, quem utinam pluribus legere, quam carpere liberet. Si nævum hunc habet, expungatur sane, & condonetur ei. Sed non esse nævum Zwinglii, sed esse calumniam malevolorum, alii jampridem ostenderunt. Heroibus enim illis Zwinglius Dei conspectum tribuit sub conditione, siquidem IN FIDE hinc migraverunt. Expresse enim dicit: *Et quotquot* IN FIDE *hinc migraverunt, majores tuos videbis.* Eximios vero heroas illos, Numam, Cyrum, Darium, Artaxerxen, &c. non solus Zwinglius, sed jam olim Patres nonnulli, ipseque Melanchthon, aliqua veri Dei cognitione & fidei scintilla imbutos fuisse, ex canone charitatis censuerunt. LUTHERUS quoque de Cicerone, si Sermonibus convivalibus creditur, c. xx. dicit: Cicero ein Weiser vnd fleissiger Man/ hat viel gelitten vnd gethan/ ich hoffe/ Gott werde jhme vnd seines gleichen

Myl. thes 61.

gnedig seyn; hoc est, *Cicero vir sapiens & sedulus multa fecit & passus est. Spero Deum ipsi & similibus ipsi propitium futurum.* Dicant nobis, Lutherus an Zwinglius hoc sperans peccarit gravius? Imo viderint, ne dum culicem colant, elephantum devorent. An nesciunt enim, a BRENTIUM non modo Numam, Scipiones, Catones, sed *Satanam ipsum, omnesque diabolorum familias* IN COELO *collocasse*? Utrum vero Christianius, heroes an Satanam in cœlum recipere?

a De Maj. Carn.

ARTICULUS II.

Quod Deus voluerit Adamum labi.

RESPONSIO.

RESPONDEAT pro nobis, b AUGUSTINUS: *Quia Deus cuncta præscivit, & ideo hominem quoque peccaturum ignorare non potuit: secundum id quod præscivit atque* DISPOSUIT, *civitatem sanctam debemus asserere: non secundum illud, quod in nostram cognitionem pervenire non potuit, quia in* DEI DISPOSITIONE *non fuit.* Et c alibi: *Quapropter saluberrime confitemur, quod rectissime credimus, Deum Dominumque rerum omnium, qui creavit omnia bona valde, & mala ex bonis exoritura esse præscivit, & scivit magis ad suam omnipotentissimam bonitatem pertinere, etiam de malis benefacere, quam mala esse non sinere: sic* ORDINASSE *angelorum & hominum vitam, ut in ea prius ostenderet, quid posset eorum liberum arbitrium, deinde quid posset suæ gratiæ beneficium, iustitiæ iudicium.* Secundum AUGUSTINUM igitur Deus lapsum angelorum & hominum DISPOSUIT,

b Lib. 14 de C.D. c. 11.

c De corre. & gra. c. 10.

ORDINAVIT, quod plus eſt, quam quod VOLUIT.

Reſpondeat etiam pro nobis a LUTHERUS: *Cur permiſit Adam ruere, cum potuiſſet illum ſervare? Deus eſt, cuius* VOLUNTATIS *nulla eſt cauſa nec ratio, quæ illi ceu regula & menſura præſcribatur.* Secundum LUTHERUM igitur lapſus Adami fuit VOLUNTATIS DEI. a De ſervo arb. c. 152.

RESPONDEMUS vero & nos breviter, Deum hominis lapſum VOLUISSE ſic abſolute nulli ſcripſerunt: quia verbum VELLE eſt valde ambiguum. Modo enim ſignificat *præcipere*, modo *approbare tantum*. Neutro modo Deus hominem labi voluit: modo ſignificat *non velle impedire, ſed permittere.* Sic utique voluit. Secus homo lapſus non fuiſſet. Deus igitur hominis lapſum noluit & voluit, diverſo reſpectu & ſenſu. NOLUIT, ut lapſum, ut peccatum, ut interitum hominis. Neque enim Deus eſt volens iniquitatem, aut mortem peccatoris. VOLUIT tamen ut explorationem hominis, & manifeſtationem liberi arbitrii, quid poſſet ſibi relictum, ſine ſpeciali gratia. NOLUIT approbatione: VOLUIT permiſſione. Videatur *Auguſtinus lib. 14. de C. D. cap. 27. & in Gen. ad lit. lib. 11. cap. 6. Et Bell. lib. 3. de amiſſ. grat. cap. 2.* Si quis dicat, *Deum ſimpliciter* NOLUISSE *hominem labi*, quæro, cum homo lapſus ſit: quomodo non invito Deo homo lapſus ſit? & quomodo Deus omnipotens? Et dicat mihi, quomodo abſque DEI VOLUNTATE ceciderit homo in mortem, abſque qua non paſſer in terram? *Vide cap. XXIV. ad art. II. & III.*

ARTICULUS III.

Quod Deus peccata impiorum velit, omniumque peccatorum nostrorum sit author, nec tantum ea permittat, sed etiam efficiat.

RESPONSIO.

a Au. l. 5. cõt. Iul. c. 3. & de gr. & l. arb. c. 20. 21.



Ic fuit articulus Quintus AUGUSTINO falso impositus a AUGUSTINUS enim asserens, omnes homines prævaricationis & damnationis obnoxios nasci, à PELAGIO insimulabatur, *quod Deum faceret authorem culpæ, quia eum profitebatur conditorem naturæ.* Rursus à JULIANO Pelagiano eadem calumnia ei impingebatur hoc nomine, *quod ex scriptura S. doceret, Deum non solum* BONAS *hominum voluntates, quas ipse* FACIT *ex malis, & à se factas bonas in actus bonos, & in æternam* DIRIGIT *vitã: verumetiam illas, quæ conservant sæculi naturam (h.e.* MALAS) *ita habere in sua potestate, ut eas,* QUO VOLUERIT, QUANDO VOLUERIT, FACIAT INCLINARI, *vel ad beneficia quibusdã præstanda, vel ad pœnas quibusdam ingerendas, sicut ipse iudicat, occultissimo quidem iudicio, sed sine dubitatione iustissimo.* ITEM: *Deum Pharaonis voluntatem proprio vitio suo* MALAM *in peccatum judicio suo justo & occulto* INCLINASSE. Jtem: DEUM CORDIBUS *etiam* MALORUM *uti ad laudem atq; adjumentum bonorum.* Item, *Deum dissipasse consilium Achitophel bonum,* AGENDO *in* CORDE *Absolon, ut tale consiliũ repudiaret.* Item: *Deum omnipotentem in* CORDIBUS *hominum etiam* MOTUM VOLUNTATIS *eorum operari, ut per eos agat, quod per eos agere ipse voluerit.* Denique DEUM *operari in* CORDIBUS *ho-*

minum ad INCLINANDAS *eorum* VOLUNTATES,*quocunq; voluerit*, *sive ad* BONA *pro sua misericordia, siue ad* MALA *pro meritis eorum*, JUDICIO *uique suo aliquando aperto, aliquando occulto, semper autem iusto.*

HÆC & similia, quia legebantur, in AUGUSTINI libris, PELAGIANI calumniabantur, eum facere DEUM peccati & scelerum authorem, SIMILIA etiam quia leguntur in orthodoxorum libris, Deum authorem peccatorum facere arguuntur. ATQUI profecto neque Scripturas sacras legerunt, neque judicia Dei intelligunt illi, qui ita nos criminantur. Quis enim dicitur *indurasse cor Pharaonis* Exod. 7? nonne Deus? Quis *pervertisse corda Ægyptiorum, ut odio haberent Israelitas.* Psalm. 105. 25. Nonne Deus? quem locum LUTHERUS vernacule sic reddidit: Er (der Herr) verkeret jener (der Egyptier) hertz/ daß sie seinem Volck gram würden / vnnd gedachten seine knechte mit list zudempffen. Quis dedit *spiritum mendacem in ora omnium Prophetarum Achabi.* 1. Reg. 22.22? Nonne Deus? Quis dixerat Simei: *Maledic Davidi* 2.Sam.16. 10? Nonne Deus? Quis dicitur *Errare fecisse Israelitas* Jes. 63. 17? *quis seduxisse Prophetas* Ezech. 14.9? Nonne Deus? Quis dixit Jesaiæ: *Vade excæca cor populi huius: & aures eius aggrava: & oculos eius claude, ne forte videat oculis suis, &c.* Jes. 6. 10? Nonne Deus? Quis *tradidit gentes cupiditatibus cordium suorum ad impuritatem, ut fœdarent corpora sua invicem; & ita ἀντιμισθίαν erroris sui quam oportet, reciperent in sese ipsis.* Rom. 1. 24. 27? Nonne Deus? *Quis immittit efficaciam erroris sectatoribus Antichristi.* 2. Thess. 2. 12? Nonne Deus? Quis deniq; *impulit Davidem, ut numeraret Israelem.* 1. Par. 21.1? Nonne Satan? Nonne & furor Jehovæ. 2.Sam.24.1? An vero Scriptura sic loquens Deum facit authorem peccati? Ita certe, si Pelagianos, & eos,

gestione, & mala hominis voluntate fluit. Absit igitur, ut istam Deo adscribi patiamur. Opera vero malorum, ut venditionem Josephi, spoliationem Jobi, seditionem Jeroboami, proditionem Judæ, &c. quoties scriptura adscribit Deo: spectat *occulta judicia*, quæ in hominum peccatis justissime Deus exercet, absque quibus judiciis si esset, utique nec creaturas ita moveret, nec malitiam in motibus permitteret. Tam bonus enim est Deus, ut mali nihil permitteret, nisi de malo bonum facere posset. Motus igitur & judicia Deo, malitiam diabolo & hominibus malis secundum Scripturas attribuere oportet. Ita *Augustinus* locis prænotatis & aliis plurimis: ita & nos. Qui hæc nondum didicerunt in Scripturis, nihil didicerunt. Ne igitur quæso carpant, quod non intelligunt: Legant vero Sacram Scripturam à primo capite Geneseos ad calcem usque Apocalypseωs: utque hęc occulta, sed justa DEI judicia malorum operibus cognoscere possint, Deum orent, & criminari nos desinent. Vide supra cap. XXIV. ad artic. II. & III.

Actiones malorum quatenus Scriptura Deo tribuat.

ARTICULUS IV.

Quod omnipotentiam Dei circumscribamus, & abnegemus, docentes Deum non omnia posse.

RESPONSIO.

HÆc falsa accusatio fuit sup. cap. XXIV. artic. I. diluta. DEO *nihil est impossibile, nisi quod non vult*, ait Tertullianus de carne Christi: Imo plura potest, quam vult. Quædam facere non potest, quia nec velle potest, ut peccare, mentiri, mori, contradictoria simul vera facere, &c.

non defectu potentiæ, sed perfectione naturæ. Hæc si ac-
1 Tim 2. 13 Hier. ad Eust. cusatoribus nostris non sunt satis, satis sit saltem, quod dicit APOSTOLUS: *Deus se ipsum negare non potest*: Quod HIERONYMUS: *Deus cum omnia possit: virginem tamen suscitare post ruinam non potest.* Quid vero? An hoc difficilius, quam corpus finitum facere simul infinitum? Concludat vero pro nobis TERTULLIANUS *Plane Deo nihil difficile: sed si tam abrupte in præsumptionibus nostris hac sententia utamur, quid vis de Deo confingere poterimus, quasi fecerit, quia facere potuerit. Non autem, quia omnia potest facere, ideoque credendum est illum fecisse, etiam quod non fecerit: Sed an fecerit requirendum. Potuit ita salvus sim, hominem ad volandum instruxisse, quod & milvis præstitit: non tamen, quia potuit, statim & fecit. Potuit & Praxeam, & omnes pariter hæreticos statim extinxisse: non tamen quia potuit, extinxit. Oportebat enim & milvos esse & hæreticos.* IMO, concludat ipse CICERO lib.3. de nat. Deor. *Nihil est, quod Deus efficere non possit, & quidem absque labore.* Quæ igitur miseria, Christianos Christianis contrarium eius impingere, quod natura Ethnicos docuit? Quod si contra agere liberet, nonne docere possemus, accusatores nostros potius omnipotentiam CHRISTI circumscribere & negare, negando, eum posse nos corpore suo pascere in sacra cœna, nisi in pane & altari sit corporaliter præsens? nemo tamen nostrum tam iniquus esse voluit, ut consequentiam hanc contra mentem eorum eis intenderet. Cur igitur ipsi tam inique tamque barbare contra nos philosophantur?

Tert ad ver. Prax.

ARTI-

ARTICULUS V.

Quod Deum tantum potestate, non essentia immensum credamus & faciamus.

RESPONSIO.

HÆc falsa accusatio etiam a Aristoteli absurda fuisset,, qui dicit οὐδὲν ἔχει δύναμιν ἄπειρον, πεπερασμένον: *Nihil finitum habet potentiam infinitam:* quo aphorismo probat Aristoteles, Deum essentia esse immensum: quia potentiam habet infinitam. Atqui si essentia finitus esset, potentiam infinitam habere non posset. Habet autem infinitam potentiam. Neque enim impossibile est Deo ullum verbum. Quis igitur non intelligat, ex inconsiderata intemperie accusationem hanc falso nobis imponi? Viderint potius, quomodo ipsi carni Christi omnipotentiam & ubiquitatem tribuendo, non faciant carnem essentia immensam, & hic humanam Christi carnem aboleant: vel quomodo non fœde sibi contradicant, carnem omnipotentem & omnipræsentem asserendo, & eandem tamen essentia immensam esse negando. Nam ex Aristotelis sententia verissima, quicquid immensam habet potentiam, immensæ quoque essentiæ sit necesse est.

a Lib 12. Metaphys ca. 7

QUOD vero nuper quidam VERTUMNUS, jampridem occulto arrogantiæ & famæ parandæ morbo φιλοπρωτεύων, καὶ παντὶ ἀνέμῳ τῆς διδασκαλίας περιφερόμενος, simplicitatem & immensitatem divinæ essentiæ, aliaque fundamentalia fidei Christianæ capita, impia quadam audacia in dubium vocare conatus est: id nihil ad nos pertinet. Talis enim impietas à nobis non probatur, sed re-

ſutatur: Facile ſiquidem intelligimus, ex qua ſchola hæc Theologia ortum habeat, & quorſum tendat. Samoſateniani, ut Trinitatem perſonarum in una eſſentia divina convellant, prætendunt unius eſſentiæ non eſſe, niſi unam perſonam. Regeritur illis, verum id eſſe de una eſſentia finita, falſum de infinita ſimpliciſſima eſſentia Dei, quæ ſe non ſub una, ſed ſub trina, Patris, Filii & Spiritus ſancti perſona revelavit. Huic propugnaculo deijciendo excogitarunt hunc impium crepitum, etiam Dei eſſentiam eſſe compoſitam, quantam, finitam, non ubique, ſed tantū in cœlo præſentem: quod ſimul divinitatem Filii ſe putant diſplodere: quoniam, Deo in cœlo tantum exiſtente, Chriſtus cum in terris naſceretur & viveret, non potuit eſſe verus Deus. Hæc myſteria & ſimilia VERTUMNI nón omnes capiunt. Qui capiunt, caveant.

ARTICULUS VI.

Quod Deus maiorem partem generis humani ad interitum & damnationem creauerit & ordinaverit, nullo peccati reſpectu, tantum ideo, quia ſic placuit ei, potentiam & iram ſuam in pereuntibus declarare.

RESPONSIO.

ETIAM hic articulus olim AUGUSTINO fuit *tertio* & *ſeptimo* loco calumnioſe impoſitus: ſicut hodie nobis imponitur. Breviter igitur cum Auguſtino reſpondemus: *Neminem Deus creat ut perdat: quia alia cauſa eſt naſcendi, alia pereundi. Vt naſcantur homines, eſt beneficium: ut autem pereant, prævaricationis eſt vitium.* Hoc olim Auguſtino

ſtino contra Pelagianos cavillatores ſatis fuit. Quia vero nonnulli hodie, neſcientes quã cauſam agant, dum lædere nos volunt, *ponunt in cœlum os ſuum: lingua vero ambulant in terra*, ut Pſaltes ait : & non paucis piis ponunt ſcandalum : Duo perſpicue & illi conſiderare, ſi volunt, & piæ mentes obſervare hic debent. Pſ. 73. 9.

Unum eſt: quod, licet articulus iſte, ut ſonat, rationi humanæ videatur iniquiſſimus, & mille cavillis ſit obnoxius : totus tamen, ſecundum omnes partes (ſi modo mentes noſtras ad Deum attollimus, & in nos ipſos reflectimus, quis ſit ipſe, qui ſimus nos cogitantes) ſit non dico tantum veriſſimus, ſed & juſtiſſimus, ſummeq; adorandus. Neque hic nos audiri cupimus. Audiat ratio humana, audiant piæ mentes Apostolum ſic efferentem hunc articulum Rom. 9. verſ. 20. 21. 22. *Imo vero; ô homo, tu quis es, qui ex adverſo reſponſas Deo? Num dicet figmentum fictori: Cur me talem feciſti? Annon habet poteſtatem figulus in lutum, ut ex eadem maſſa faciat, alud quidem vas ad decus, aliud vero ad dedecus? Quid ſi vero volens oſtendere iram, & notam facere potentiam ſuam, pertulit multa lenitate vaſa iræ coagmentata ad interitum, &c.* Nulla mens pia eſt, quæ hinc non intelligat, Deum habere abſolutum jus in ſuas creaturas & homines, multo magis quam figulus habet abſolutum jus in lutum & vaſa ſua, formandi & ordinandi ea ad decus vel ad dedecus, abſq; injuſtitia, prout voluerit. Ex hoc igitur jure abſoluto, ſi Deus (ut habet articulus) majorem partem generis humani ad interitum creaſſet & ordinaſſet, abſque pecati reſpectu, ſaltem propter gloriam ſuam: multo minus injurius cuiquam eſſet, quam figulus luto & vaſis ſuis: nec magis accuſari poſſet, quam ſi majorem partem generis humani prorſus non creaſſet, vel ſi quos creavit homines, creaſſet boves vel a-

mnes homines ordinare poterat ad interitum, si voluisset: tamen quia se non tantum absolutum Dominum, sed & justum judicem declarare voluit, absoluto suo jure in ordinandis aliquibus ad interitum non est usus, ne quis sibi injuriam factam criminari posset: Sed usus est jure ordinato & revelato in lege, quæ dicit: *Anima quæ peccaverit, ea morietur*: Item: *Hoc est jus Dei, ut qui talia faciunt, digni sint morte*, hoc est, ordinauit ad damnationis pœnam, non utique innocentes, sed peccatores in Adamo. In Adami enim corrupta perditionis massa (ut vocat Augustinus) omnes intuitus, quos non elegit in Christo, & ordinavit ad gratiam & gloriam indebitam, ex misericordia: eos reprobavit ad iram, hoc est, ad pœnam peccato debitam, ex justitia. Hoc vult apostolus, vocando electos *vasa misericordiæ parata ad gloriam*: reprobos *vasa* IRÆ *adaptata ad interitum*. IRA enim supponit peccatum: quia Deus non irascitur creaturæ, nisi ob peccatum. IRA est pœna, quam ex ordine justitiæ nulli irrogat Deus nisi ob peccatum. Ad iram igitur, hoc est, ad pœnam neminem ordinavit, nec ordinat nisi ob peccatum: Juxta legem: *Anima quæ peccavit, ea morietur*.

Ezech. 18 v. 4. 20.
Rom. 1. 32.
Epist. 106. &c.
Rom. 9. v. 21. 22.

HANC sententiam AUGUSTINUS in polemicis contra Pelagianos sequi maluit: non quod prior sententia de absoluto iure Dei in homines, argutiis rationis humanæ succumbat: sed quia posteriore moderatiore sententia Pelagianorum cavillos facilius elisit. Priorem sententiā *Lutherus* lib. de servo arbitrio, *Melanchthon* in primis locis & Commentariis, *Calvinus*, & aliqui ex nostris, nullo utique errore, sed stricto veritatis rigore, tanquam Deo adversus superbiam ingenij humani magis gloriosam defenderunt: non tamen omnes. Ad præcidendas enim inanes carnis argutias, multi *Augustini* moderatio-

nem ſequi maluerunt, nullo rurſus errore: quia & abſolutum & legale ius Deus habet in homines: Ita jam pridem THEOLOGI PALATINI in Admonitione Neuſtadiana de libro Concordiæ cap.3. accuſatione falſa 37. mentem ſuam explicarunt, quæ adhuc in Palatinis Eccleſiis tenetur: *Nos*, inquiunt, *cum apoſtolo docemus, Deum in damnatione reproborum velle ſuam juſtitiam declarare: Non igitur quenquam damnationi addixiſſe, niſi propter peccatum.* HAC declaratione partem adverſam contentam fore ſperamus. Sin autem, uberior declaratio nobis ex ſcripturis non eſt defutura: & in antitheſin, qualem ea Deum faciat, inquirendum erit. Accipimus tamen quod quidam hic promiſerunt, *modo decretum illud abſolutum ἄτακτον* (tale illis videtur, ſed non *Apoſtolo, Auguſtino, Luthero*) *poſtliminio in Eccleſiã noſtram non reuocemus, ſed ſententiæ Admonitionis Neuſtad. fol. 113. inſiſtamus, conſenſioni viam hac quidem parte paratam rectiſſime fore.*

Mylius de pace Eccl. Theſ. 150.

ARTICULUS VII.

Quod Deus nolit omnes homines ſalvos fieri, etiamſi omnes velint.

RESPONSIO.

HÆC fuit accuſatio ſecunda, AUGUSTINO falſo impoſita: nobis hodie cum ſancto illo patre communis. Audiatur ergo illius reſponſio pro nobis: *Quomodo*, inquit ad Art. 2. *fieri poteſt, ut Deus, qui etiam illos ſalvat, de quibus dici non poteſt, quod ſalvari velint, nolit aliquos ſalvare, qui etiam ſalvari velint, niſi aliqua cauſæ exiſtant? De quibus, quamvis ſint nobis* INNOSCIBILES: *ita tamen*

judicat, de quo dici non potest, aliter eum quicquam facere debuisse, quam fecerit. Remota tamen ergo hac discretione, quàm divina scientia intra SECRETUM *suum continet, sincerissime credendum est atque profitendum, Deum velle, ut omnes homines salvi fiant: siquidem Apostolus, cuius est ista sententia, solicite pracipit, ut Deo pro omnibus hominibus supplicetur. Ex quibus quod multi pereunt, pereuntium est meritum: quod multi salvantur, salvantis est donum. Vt enim reus damnetur, inculpabilis est Dei iustitia. Vt autem reus justifi etur, ineffabilis Dei est gratia.* Hoc AUGUSTINI responsum PRIMO elidit falsæ accusationis Pelagianam hypothesin: *etiam si omnes salvari velint.* Nulli enim volunt, aut velle possunt salvari in Christo, nisi quibus velle datum est. DEINDE, cur aliquos sal vare nolit, & discretionẽ SECRETAM fecerit Deus, causas dicit esse nobis INNOSCIBILES, sed justas. TERTIO quoad revelatum verbum, Deum omnes salvos fieri velle affirmat, sed juxta apostoli sententiam, hoc est, *ita ut omnes ad agnitionem veritatis perveniant*: Qui igitur non perveniunt, & damnantur, eos juste perire: qui perveniunt & servantur, eos ineffabili gratia servari. Quid igitur? Vult Deus & non vult omnes homines servari diuersa ratione. *Vult* omnes servari, si omnes credant in filium. *Non vult* omnes servari, si non omnes credant in filium. Sic *Ambrosius* conciliat.

SED manet quæstio: cur non omnes credant? *Dicunt*: quia non omnes volunt credere. Verum est: sed rursus manet quæstio, cum fides sit donum Dei, & Deus possit omnibus dare fidem, cur non omnibus det fidem: vel cur non in omnibus efficiat, ut velint credere: quod tamen efficere in omnibus poterat? Hic, quod dicitur, ἐνταῦθα κελεύει ὁ Πλάτων παύεσθαι: Hic cogitur obmutescere humana ratio, nec habet quod respondeat: sed cogitur

Hic iubet Plato quiescere.

a Matth. 11. 26 (nolit velit) audire FILIUM Dei dicentem: ETIAM *Pater; quia sic placuit tibi*: vel si non audiet, frustra jactabit calces contra stimulum. AUDI igitur etiam AUGUSTINUM loco allegato dicentem: *Divina scientia intra suum* SECRETUM *discretionem illam continet.* Et alibi: *Deus vult omnes homines saluos fieri, non quod nullus hominum sit, quem salvum fieri nolit, qui virtutes miraculorum facere noluit apud eos, quos dicit acturos fuisse pœnitentiam, si fecisset: sed ut omnes homines, omne genus humanum intelligamus, per quascumque differentias distributum, Reges, priuatos, nobiles, ignobiles, sublimes, humiles, doctos, indoctos, integri corporis, debiles, ingeniosos, tardicordes, fatuos, divites, pauperes, mediocres, mares, fœminas, infantes, pueros, adolescentes, juvenes, seniores, senes, in linguis omnibus, in voluntatum & conscientiarum varietate innumerabili constitutos, & si quid aliud differerentiarum est in hominibus.* AUDI etiam Lutherum: *Vult omnes seruari, voluntate revelata, seu verbo prædicato: Non vult omnes, voluntate arcana, & imperscrutabili: Multa siquidem facit Deus, quæ verbo suo non ostendit nobis. Multa quoque vult, quæ verbo suo non ostendit sese velle.* AUDI & Hunnium: *Vult omnes servari, voluntate approbante: non vult omnes, voluntate* DECRETI. DENIQUE vult omnes servari seria inuitatione, non vult omnes efficaci gratia. Sic enim si vellet omnes servari, omnes efficaciter servaret, omnibus fidem & pœnitentiam daret. Sed hoc non facit. Non ergo sic vult. Servari quidem omnes natura appetunt. Servari autem fide Christi nulli volunt, nulli appetunt, nisi quibus id velle & appetere datur cœlitus. Implicant igitur manifestam contradictionem, qui dicunt, quenquam hominum velle servari in Christo, & Deum non velle.

b August. Enchir. c. 103

Luth. de servo arb. c. 109. 116

Hunn. explicat. controv. E. 2.

ARTICULUS VIII.

Quod prædestinati fidem amittere, gratia excidere & perire non poßint, quantumvis perseveranter peccent.

RESPONSIO.

HÆc falsa accusatio partim sophistica est, partim ἀνώσατος, seipsam evertens. Credentes possunt amittere fidem, gratiam, salutem, sibi relicti, seu, quoad vires suas, & causas proximas: voluntate siquidem humana etiam renata, ut nihil liberius, ita nihil mutabilius: viribus humani arbitrii nihil imbecillius: mundi & carnis illecebris nihil potentius: Satana & scandalis mundi nihil violentius. Harum igitur causarum respectu dicitur omnibus fidelibus: a *Qui existimat se stare, videat ne cadat.* b *Tu per fidem stas, vide ne excidaris, &c.* Possunt igitur stantes cadere & excidere. NON possunt tamen vere credentes fidem amittere, & gratia excidere PENITUS, quoad electionem & vocationem Dei ἀμεταμέλητον: quoniam virtute Dei custodiuntur c in fide usq; in diem adventus, &c. & perpetua Christi intercessione fulciũtur, ut fides d eorum totaliter nunquam deficiat: in quotidianis deniq; lapsibus e Dominus eis supponit manum, ne collidantur, juxta dicta: f *Dona & vocatio Dei sunt ἀμεταμέλητα* g *Impoßibile est seduci electos*: h *Oves meas nemo rapiet ex manibus meis.* i *Rogo pro eis, qui credituri sunt per sermonem eorum, sanctifica eos in veritate*: k *Iustus si ceciderit, non collidetur, quia Dominus supponit manum.* l *Indam legem meam cordibus eorum, ut nunquam recedant à me.* quod m AUGUSTINUS

a 1. Cor. 10.12. b Rõ. 11. 20. c 1. Pet. 1. 4. d Ioh. 16. & 17. e Ps. 37. 24. f Rom. 11. 29. g Matt. 24. 24. h Ioh. 10. 28. i Ioh. 17. 20. k Psa. 37. 24. l Ier. 32. 41. m De bo. persev. c. 2.

interpretatur: *ut mihi* PERSEVERANTER *adhæreant*. Quomodo vero credentes perseveranter peccarent, ad hoc ipsum prædestinati, ne perseveranter peccent, sed ut sint sancti, inculpati, Ephes. 1. 3? Itaque hæc etiam accusatio ponit ἀδύνατα & impossibilia. Qui enim vere credunt, non volunt perseveranter peccare: qui vero perseveranter peccant, a aut peccare volunt, non sunt vere credentes, sed hypocritæ (quia vera fides purificat corda) proinde nec prædestinati.

a *Act.* 15. 9.

ARTICULUS IX.

Quod liberi Christianorum nascantur sancti, absque peccato originali.

RESPONSIO.

Hujus articuli PRIOR pars vera est, modo recte intelligatur, quod liberi fidelium nascantur sancti, h. e. segregati ab Ethnicis, seu quod nō sint Ethnici, sed Christiani ad Ecclesiam & fœdus Dei pertinentes. Hoc enim vult Apostolus, cum dicit 1. Cor. 7. 14: *Alioqui liberi vestri mundi essent, nunc autem sancti sunt*, h. est. non Ethnici sed Christiani, licet ex altero tantum parente Christiani nati: Et Rom. 11, 16: *Si radix sancta, etiam rami sancti.* Sed additio: *absque peccato originali*: est falsa. Etsi enim Christianorum liberi nascuntur Christiani, sicut Judæorum liberi nascuntur Judæi, Ethnicorum, Ethnici, Mahumetanorum, Mahumetani, &c. tamen omnes tam hi quam illi nascuntur cum peccato originali, & sunt pariter corrupti ac rei, generatione naturali: illi vero non isti nascuntur in fœdere, & sunt cives Ecclesiæ, gratia fœderali:

Ideoque non hi, sed illi tantum sunt baptizandi. Plura vide supra capit. XXII, ad art. IV.

ARTICULUS X.

Quod promissiones Evangelii faciamus particulares.

RESPONSIO.

HÆC etiam accusatio est ex ignorantia Scripturæ. Scriptura enim promissiones Evangelii facit universales non absolute, tam infidelium quam fidelium respectu: sed limitate ratione omnium credentium. Omnibus enim & solis credentibus promittit justitiam & vitam æternam: a *Conclusit Scriptura omnia sub peccato, ut promissio ex* FIDE *Iesu Christi daretur credentibus.* Item b *ut* OMNIS *qui* CREDIT *in eum, non pereat, sed habeat vitam æternam.* Item: c *Evangelium est potentia Dei ad salutem* OMNI CREDENTI. Item: d *Iustitia Dei per fidem* JESU CHRISTI *in* OMNES *& super* OMNES CREDENTES: Item, e *Christus est finis legis ad iustitiam* OMNI CREDENTI. Nusquam vero Scriptura promissiones facit universales ratione infidelium: quia Deus infidelibus nihil promittit, sed potius OMNES hos nominatim excludit à promissione vitæ æternæ: f *Qui non* CREDIDERIT, *condemnabitur.* g *Qui non* CREDIT, *super eo manet ira Dei:* h *Si non* CREDIDERITIS, *non permanebitis, &c.* Ad infideles igitur (quamdiu infideles manent) promissiones Evangelii nihil pertinent. Neque hic diversum docemus ab eo, quod Apologia Augustanæ Confessionis expresse totidem verbis scripsit ad Artic. IX: *Promissiones Evangelii nihil attinent ad eos, qui sunt extra ecclesiam Christi.* Extra Eccle-

a Gal. 3. 21.
b Ioh. 3. 16
c Rō. 1. 17
d Rō. 3. 22.
e Ro. 10. 4
f Mar. 16 16
g Io. 3. 36.
h Ies. 7. 9

ſiam autem ſunt omnes infideles, ſive inter Chriſtianos vivant, ſive non. Certo etiam confidimus, ipſos Papiſtas & Lutheranos in conſcientiis ſuis de hac veritate convictos non aliud ſentire poſſe. Qui igitur hic nos erroris inſimulant, ipſi profecto in manifeſto & prorſus damnabili errore deprehenduntur, ſi promiſſiones Evangelii ad omnes ſimpliciter etiam Judæos, Paganos, Turcas, & hoſtes Chriſti æquo jure pertinere volunt. Vide ſupra *Cap.* XXIV. *ad art.* VI.

ARTICULUS XI.

Quod Chriſtus homo ſit Deus, & Deus ſit homo tantum verbaliter.

RESPONSIO.

SI DE prædicationibus loquuntur, inepta eſt cavillatio. Nullæ enim prędicationes ſunt niſi verbales, quia non rebus, ſed verbis conſtant. Neque enim rebus ipſis, ſed verbis rerum ſymbolis loquimur & philoſophamur, ut docet Philoſophus *lib. de interpretatione cap. 1.* Si vero de ipſo myſterio unionis naturarum, quod prædicationibus verbalibus enunciatur, intelligunt, eſt falſa accuſatio. Docemus enim, Chriſtum hominem eſſe Deum nō verbaliter, ſed realiter, imo realiſſime: quia unio duarum naturarum divinæ & humanæ in perſona CHRISTI non eſt verbalis, ſed realis, imo realiſſima; adde, ſi volunt, ſubſtantialiſſima. Realiter enim Humanitas eſt de ſubſtantia CHRISTI Dei: & Deitas eſt de ſubſtantia CHRISTI Hominis. Realiter ergo & ſubſtantialiter CHRISTUS homo eſt Deus, Deitate ſua: & CHRISTUS Deus

est homo, humanitate sua. Nestorio vero & Eutycheti ore & corde dicimus Anathema. Quid volunt amplius? An ut CHRISTUM hominem dicamus esse Deum etjam humanitate sua: & CHRISTUM Deum esse hominem etiam deitate sua? Iterum Eutycheti Anathema. Videatur Admonit. Neustad. *Cap.* III. *ad falsam accusat.* I. II. III.

ARTICULUS XV.

Quod homini CHRISTO *divina Idiomata, & sic Deitatem detrahamus.*

RESPONSIO.

FALSA accusatio est. Si enim CHRISTUM hominem dicimus realiter & substantialiter esse Deum, quo modo Christo homini deitatem detrahimus? Non homini, sed humanitati in abstracto idiomata deitatis per transfusionem communicata negamus. Si enim sic cõmunicata humanitati essent, jam deitatis ἰδιώματα propria non essent, idiomata siquidem deitatis dicuntur, quæ deitatis sunt propria: sicut idiomata humanitatis, quæ humanitatis sunt propria: utraque autem sunt communia personæ in concreto. Transfusio vero seu communicatio idiomatum talis, qua idiomata naturæ unius finguntur fieri idiomata naturæ alterius, ut divina de humanitate, humana de divinitate prædicentur in abstracto: revera esset naturarum confusio, & Eutychianismum importaret. Idiomata enim discernunt naturas. Iis igitur confusis aut sublatis confunduntur & tolluntur naturæ ipsæ. Atqui iterum Eutycheti anathema. Caveant

illi nobis de hac confusione, ut salva hic maneat Christiana fides: & res salva erit. *Videatur Admonit. Neostad. ibidem.*

ARTICULUS XIII.

Quod, quia UBIQUITATEM *carnis non concedimus, unionem solvamus, & duos* CHRISTOS *faciamus, unum Deum & hominem in cælo, alterum Deum tantum in terra.*

RESPONSIO.

HÆc falsa accusatio fluit ex carnali phantasia de coextensione & æqualitate utriusq; naturæ. Fingunt enim illi, qui talia obiiciunt, ut Christus ubique sit Deus & homo, oportere carnis essentiam tam late patere, quam late patet Deitatis essentia. Atqui λόγος est immensus, simplicissimus, idem ubiq; totus: Caro assumta, etiam in Unione seu in λόγῳ immenso exsistens, manet suis dimensionibus finita, suoq; ubi seu loco terminata, ubicunq; sit. Sive igitur caro in cœlo tantum sit, ut nunc est in gloria, sive in terra tantum, ut olim fuit in humilitate: immensus λόγος à carne sua ne cogitatione quidem separari uspiam potest, quin ubique totus idemque exsistens carni assumtæ, licet uno tantum loco exsistenti, totus unitus perpetuo maneat. Si enim vel in puncto daretur separatio, jam λόγος immensus non esset. Quod si nusquam & nunquam à carne sua finita, unoq; loco existente separari potest, sed ubique & semper eidem unitus manet: nusquam & nunquam unio solvitur, & ubiq; ac semper Christus est Deus & homo. Falsum igitur, q; nisi car-

nis detur UBIQUITAS, personæ solvatur unitas, & Christus carne sua nunc tantum existens in cœlis, non sit etiam Deus & homo in terris. Aut certe, ut verum hoc sit, probandum est eis, λόγον alium in cœlo, alium in terris esse: vel λόγον eundem in cœlis carni unitum, in terris ab eadem separatum, h. e. immensum simul & non immensum esse.

VERUM enim vero non vident illi, qui sic argutantur, in ipsos absurdum hoc facile retorqueri. Si enim carnem ubique non ponere est Christum unum in duos dividere: ipsi quoque in statu humilitatis duos CHRISTOS necessario faciunt, quia in virginis utero, in partu, in stabulo, in templó, in cruce, in sepulcro carnem UBIQUITARIAM facere nulla specie possunt, nisi simul & virginem, & partum, & stabulum, & templum, & crucem, & sepulcrum UBIQUITARIUM faciant: vel certe Christum hominem simul diversis locis natum & non natum, crucifixum & non crucifixum, sepultum & non sepultum absurdissime comminiscantur. Nestorianismi vero criminationem nostris objectam etiam Admonitio Neostadiana jam olim solide refutavit, & in ipsos verius retorsit: *Cap.* III, *ad fals. accusat.* V.

ARTICULUS XIV.

Quod CHRISTUM *hominem non propria virtute miracula fecisse doceamus.*

RESPONSIO.

HÆc falsa ACCUSATIO supra est refutata *Cap.* XXIV. *ad art.* VII. Quomodo enim doceremus, Christum

hominem non propria virtute miracula edidiſſe, quem propria deitate Deum eſſe credimus & profitemur? Deus enim propria utique virtute miracula facit: Θεοῦ γὰρ ἐνέργεια τὰ θαύματα, h.e. *miracula ſunt Dei operatio*, inquit Damaſcenus. Si igitur Chriſtus homo eſt Deus, utique non aliena, ut Petrus, ſed propria ſua virtute miracula fecit. Docemus vero hanc virtutem propriam fuiſſe deitatis formaliter, humanitatis perſonaliter, propter unitatem hypoſtaſeos, cooperante in illis carne, quod ſuum fuit: verbi cauſa, voluntate & voce humanitatis potentia autem Deitatis, & ſic communi operatione totius perſonæ Lazarus excitatus prodiit è ſepulcro, &c. *Eiuſdem ſunt*, inquit DAMASCENUS, *& ea quæ divinitatis, & ea quæ ſunt humanitatis. Nam divina ſigna* DIVINITAS *operabatur, ſed non ſine carne, & caro humilia*, ſed non ſine divinitate. Et ſupra: *Sic enim Domino noſtro Ieſu Chriſto miraculorum virtus divinitatis fuit actio. At manuum impoſitio, & velle, & dicere:* Volo, mundare: *humanitatis erat actio. Opus vero, ſiquidem humanam naturam ſpectes, panum fractio, quodque leproſo dixit:* Volo: *ſi autem divinam, panum multiplicatio, & leproſi mundatio.* Sic & HIERONYMUS: *omnia*, inquit, *virtutum opera conſideranda ſunt, ut reddamus Deo, quæ Dei ſunt, &* HOMINI, *quæ hominis ſunt: quoniam ſicut eſt unus, qui Lazarum verbo potentiæ ſuæ vocat, ut exeat foras à monumento: ſic ipſe unus eſt, qui flevit humanitatis affectu*, &c. In miraculis itaque CHRISTI eiuſdem Dei & hominis Patres conſiderandam docent & internam virtutem operantis deitatis, & externam actionem cooperantis humanitatis. Sic & nos docemus. Secus ſi accuſatores noſtri ſentiunt, internam virtutem diuinam ſic humanitatis propriam fuiſſe, ut ab eadem quaſi à formali flueret principio: utique cum illis ſentire non poſſumus: quia ſic non

Lib 3. Orthod. fide cap. 15.

Hier. ad Paul. & Euſtoch.

cum

cum Orthodoxis Patribus ſentiunt, ſed Eutycheti & Schwenckfeldio hæreticis conſentiunt: evidenſq; DAMASCENI argumentum, in compendium Arianorum, evertunt, aſſerentis, ex miraculis cognoſci, Chriſtum eiuſdem eſſe cum Patre ſubſtantiæ: ἐκ τῶν θαυμάτων, inquit, τῆς αὐτῆς οὐσίας ὄντα τῷ Πατρὶ τὸν Χριστὸν ἔγνωμεν: ἐνέργεια δὲ θεοῦ τυγχάνει τὰ θαύματα: *Ex miraculis eiuſdem exſiſtentem eſſentiæ cum Patre Chriſtum cognovimus: Actio vero Dei ſunt miracula.* Nullum, inquam, hoc eſt argumentum contra Arianos, ſi ſententia noſtræ contraria vera eſt.

ARTICULUS XII.

Quod CHRISTUM *hominem non adoremus, nec adorandum doceamus.*

RESPONSIO.

HÆc falſa accuſatio refellitur reſponſo ad artic. XI. & refutata eſt ſupra cap. XXIV. ad art. IX. Cum enim Chriſtum hominem vere & ſubſtantialiter Deum eſſe credamus: quomodo Chriſtum hominem non adorandum docemus? Una adoratione adorandum Chriſtum λόγον cum ſua carne, ſicut regem cum ſuo diademate vel purpura docent *Epiphanius* & *Auguſtinus*, & nos cum illis. *Salvatorem*, inquit EPIPHANIUS, *incorporatum adoras, an non adoras? Quomodo vero non adorabo? Si enim non adoravero, non habeo vitam. Ecce igitur creaturam adoras ipſum corpus. Ingens autem eſt veſania eorum, qui talia dicunt. Nam rex purpuram indutus ab omnibus adoratur. Nunquid ergo purpura adoratur, an rex? Manifeſtum eſt, quod rex. Coadoratur cum ipſo etiam purpura, quam geſtat. Ubi vero Rex hanc exuit,* Epipha. in Ancor.

& in locum reposuit, non amplius vestis purpura adoratur. Sedet etiam in templo sæpe rex in proprio throno: & adorantes adorant regem in templo ac throno proprio. Ubi vero surrexit Rex, nemo neque templum, neque thronum adorat. Nemo autem adeo insanus est, ut adorare volens regem in templo ipsius, dicat ad Regem: Egredere ex templo tuo, ut te adorem: Sic sane nemo dixerit Unigenito: Dimitte corpus, ut te adorem: sed adorat cum corpore Unigenitum, increatum cum templo sancto, quod suscepit, ubi venit. Et nemo dicit ad regem: Surge ex throno, ut te adorem citra thronum: sed adorat regem cum throno. Itaque & Christus adoratur cum corpore sepulto, & quod resurrexit. Hæ EPIPHANIUS in Ancorato.

Haud dissimiliter AUGUSTINUS, Ariano argumentum Deitatis Christi ab adoratione sumtum, ex adoratione carnis labefactare conanti, respondet his verbis: *Ego Dominicam carnem, imo perfectam in Christo humanitatem propterea adoro, quod à divinitate suscepta atque Deitati unita est, ut non alium atque alium, sed unum eundemque Deum & hominē Dei filium confitear. Deniq; si hominem separaveris à Deo, ut Photinus, vel Paulus Samosatenus, illi ego nunquam credo nec servio, velut si quis nostrum aut purpuram aut diadema regale jacens inveniat, nunquid ea conabitur adorare? Cum vero ea rex fuerit indutus, periculum mortis incurrit si ea simul cum rege quis adorare contemserit: Ita etiam in* CHRISTO *Domino humanitatem non solam aut nudam, sed divinitati suæ unitam, unum Dei Filium Deum verum & hominem verum qui adorare contemserit, æterna mortis pœnam patietur.* Hactenus AUGUSTINUS, & nos cum ipso. Obiectum itaq; adorationis est CHRISTUS Deus & homo: causa vero adorationis Dei & hominis, est Deitas. Est *enim in Christo natura adorabilis Divinitas,* Est *& adorans Humanitas:* inquit CYRILLUS lib. 1. ad Theod. de recta fide.

Aug. ser. 58. de verbo Domini.

ARTI-

ARTICULUS XVI.

Quod Chriſtum ex cœna ſua excludamus: Euchariſtiam abſque corpore & ſanguine Chriſti habeamus.

RESPONSIO.

DE HAC falſa accuſatione reſponſum eſt ſupra cap. XXIV. *ad art.* XII. Excludimus Chriſti corpus non ex cœna, ſed ex cruſta: nec ore id quærimus latens in panis elemento: ſed fide manducamus præſens in promiſſionis verbo. *Euchariſtia enim*, teſtante Apologia Auguſt. *conſtat ſigno panis & vini, & verbo promiſſionis: Hoc eſt corpus meum, quod* PRO VOBIS *traditur: Hoc eſt ſanguis meus, qui* PRO VOBIS *effunditur in remiſſionem peccatorum.* Chriſtus vero non latēs in ſigno, ſed fidei præſens in verbo, communicantibus offertur. Non igitur, quia in ſigno non continetur, ideo in Cœna præſens non editur. Porro ſignum ore corporis ſumitur: verbum, & quidquid eo offertur, fideli corde ſuſcipitur, Verbum enim ſacramenti eſt promiſſio Evangelii, quæ fidem poſtulat teſte Apologia Aug. Conf. ibidem. Non igitur corpus Chriſti in pane oraliter comeditur, ſed in verbo promiſſionis fide manducatur: quando CHRISTUS ſeipſum pro me & pro te tradidiſſe creditur: & hac fide per ſpiritum ſuum in cordibus noſtris habitans, viuam conſolationem & ſpem vitæ æternæ in nobis operatur.

De vero uſu Sacra.

ARTICULUS XVII.

Quod privatam absolutionem damnemus.

RESPONSIO.

FALSAM hanc accusationem *undecimus articulus* consensus Marpurgici refutat supra cap. XX. & nos refutavimus supra cap. XXIV. ad Articul. XXI. Non damnamus confessionem auricularem vel absolutionem privatam: sed facimus adiaphoram & liberam, quippe nullo Christi vel apostolorum præcepto necessariam, vel exemplo commendatam: sed Ecclesiastico instituto ab Episcopis aliquando receptam: sed dissimiliter observatã: aliquando etiam ob stuprum pro absolutione nobili fœminæ à sacerdote oblatum, in Græcis Ecclesiis penitus abrogatam. Legatur *Socrates lib. 5. hist. Eccles. cap. 19. & Sozomenus lib. 7. hist. Eccles. cap. 10.* Placuit idcirco tunc omnibus Ecclesiis orientis, ut pœnitentiario Presbytero abrogato, libera daretur potestas, uti pro sua quisque conscientia ad mysteria participanda accederet: quantumvis Occidentales Ecclesiæ privatim confitendi morem tunc retinuerint. In quam miseram vero conscientiarum carnificinam, & in quam fœdam nundinationem auricularis confessio & absolutio apud Latinos in toto Papatu tandem degeneraverit, vulgo nimis est notum Etsi igitur, ut habet consensus Marpurgicus, utile est, afflictas conscientias, quæ tentationibus & peccatorum mole aut errorum laqueis gravantur, etiam privatim Evangelii consolatione erigi quod in nostris quoque Ecclesiis neque improbatur, neque negligitur: tamen pu-

blicum prædicandi, abſolvendi, & ligandi miniſterium à Chriſto inſtitutum atque prçceptum, haud dubie eſt longe utilius, efficacius, & tutius: Ritus vero privatim confitendi & abſolvendi, cum ſuo genere ſit indifferens, obtrudi Eccleſiis noſtris quaſi neceſſarius minime debet. Nec damnari eas Eccleſias oportet, quæ ritum illum gravibus de cauſis, maxime propter adjunctum in Papatu ὁ ἱεροπώλιον, *nundinationem animarum*, (de qua Apoc. 18. 13.) non obſervant. De hoc LUTHERus in articulis Auguſtanis ſic ſcribit: **Die heimliche Beicht ſol nicht erzwungen werden mit geſetzen / ſondern frey ſeyn.** Multæ etiam Lutheranæ Eccleſiæ publicum abſolvendi ritum privato anteferunt. Quidni idem noſtris licebit? Vide ſupra *cap.* XV. *ad art.* XXI.

ARTICULUS XVIII.

Quod Auguſtanam Confeſſionem abijciamus, damnemus.

RESPONSIO.

ETIAM hæc accuſatio eſt falſa. Non damnamus, neque reiicimus confeſſionem Auguſtanam, quantumvis ei præferamus confeſſionem Apoſtolicam. Omnes Conf. Auguſtanæ articulos, diſerte probamus, excepto decimo, unde diſſidium Evangelicorum ortum eſt: Cuius nec literam, nec ſententiā Lutherani ipſi retinent. Dicit enim articulus ille, ſubſtantiale corpus & ſanguinem Chriſti realiter adeſſe SUB SPECIE panis & vini, **unter geſtalt Brots und Weins.** Nemo vero Lutheranorum hoc credit, vel hactenus, poſt confeſſionem ſcriptam un-

quam ita locutus est, aut scripsit. Omnes vero docent, & scribunt, corpus & sanguinem Christi adesse IN PANE & vino. Neque locum hic habet ulla verborum incrustatio. Est enim notorium, phrasin illam articuli X. SUB SPECIE PANIS *& vini*, propriissime importare TRANSSUBSTANTIATIONEM, & hoc sensu, ac nullo alio, Imperatoriam Majestatem & Papistas alios anno CIↃ IↃ XXX. *Augustæ* articulum illum intellexisse & approbasse: quem alioqui nunquam approbaturi fuissent, si verbis Lutheri, *panem manere: in pane vero esse verum corpus Christi*, &c. positus fuisset. Propter articulum tam lubricum, nonne immane est nefas, adeo laceratas esse, & porro lacerari Evangelicorum Ecclesias? Corrigendus potius erat tam ambiguus articulus, nec amplius scribendum, *corpus & sanguinē Christi adesse* SUB SPECIE *panis & vini*, prout in omnibus Germanicis exemplaribus legitur: **vnter gestalt Brots vnd Weins**/ sed *panem & vinum esse verum Christi corpus & sanguinem pro nobis traditum, effusum in remissionem peccatorum*. Ita facilius conveniret: quoniam verba Servatoris non sunt de pane: *sub hac specie*, vel *in hoc est corpus meum*: sed: *Accipite, edite, hoc est corpus meum*, &c. & de poculo: non: *sub hac specie, vel in hoc, est sanguis meus*: sed: *Hoc est sanguis meus*, &c. quæ verba sensum habent apertum, sacramento convenientem: quod panis sit verum corpus Christi: poculum sit verus sanguis Christi: *non utique* ut ait a Augustinus, *rei veritate, sed significante mysterio*, b *quia sacramenta ipsarum rerum nomina accipiunt*: seu quia panis & vinum sunt corporis & sanguinis Christi sacramentum. *Sacramentum autem est*, eodem c Augustino teste, *sacræ rei signum*.

a *Dist. 2. de cõsecr. c. Hoc est.* b *Epist 23 ad Bonif* c *Lib 10 de C. D. c. 5.*

QUOD si nos ideo à confessione Augustana excidimus: quia literam articuli x. tenere non possumus: longe pro-

fecto

fectò magis ipſimet eadem exciderunt, qui nec articulũ x. ſecundum literam hactenus tenuerunt, nec juxta, ſed contra articulum III. UBIQUITATEM invexerunt: contra articulum v. de efficacia miniſterii, nec non contra articulum XIII. de uſu Sacramentorum, alioſque non paucos multa in doctrina ſua mutaverunt.

CÆTERUM, quod nuper quidam ſcribere, & ſimplicioribus perſuadere velle non erubuerunt, *noſtram doctrinam per omnes articulos Auguſtanæ confeſſionis* δὶς διὰ πασῶν *ab illa diſcrepare*: neſcio ridiculam magis an malitioſam criminationem appellem: cum vel ipſis Papiſtis, juratiſſimis utrorumque hoſtibus, ſit notum contrarium. Idcirco merito contemnitur, ſicut hactenus contemta fuit. Multum enim falluntur, ſi exiſtimant, ſe tam putidis cavillis, ſophiſticationibus, detorſionibus (qualibus atrum album, & quilibet quodlibet eſſe & effici facile poteſt) patientiam nobis excutere, aut viros cordatos ab orthodoxæ doctrinæ cognitione & approbatione abſterrere poſſe. Nos enim ad iſta coccyſmorum quaſi catadupa jampridem obſurduimus: non quod veritatem & famam Eccleſiæ noſtramque penſi non habeamus: ſed quia nos conſolatur illud Seruatoris noſtri: *Beati eritis, cum convitiati fuerint vobis, & perſecuti fuerint, & dixerint quidvis mali adverſus vos mentientes, propter me*: & quia *Eccleſiæ Dei talem cavillandi conſuetudinem non habent*: Certo denique compertum habemus, homines pios in virulentis illis & palam falſis inſectationibus Spiritum Dei non agnoſcere: Sanos vero, qui vel ſemel Eccleſias noſtras viderunt, aut ſcripta noſtra legerunt, à tam frivolis criminationibus ultro nos abſolvere.

[Margin: Collat. Mentz. Thes. 7. & alii.]
[Margin: Matt. 5. 11.]
[Margin: 1. Cor. 11. 16.]

NONNULLI alij etiam longiore errorum & crimi-

num catalogo, atque additionalibus uti vocarunt, articulis, Ecclesias nostras deformare in animum induxerunt:

Quod negemus Dei omnipotentiam.

Quod faciamus Deum authorem peccati.

Quod faciamus Deum Tyrannum.

Quod negemus veram Christi Deitatem.

Quod negemus personalem unionem naturarum.

Quod negemus, ullam realem communicationem intercedere humanitati cum Deitate.

Quod negemus peccatum Originale.

Quod credamus nudum hominem pro nobis passum esse.

Quod negemus virtutem mortis Christi.

Quod negemus necessitatē fidei in Christum ad salutem: quodque secundum nos Ethnici pariter & Christiani salventur.

Quod annihilemus S. Baptismum.

Quod negemus salutarem manducationem corporis Christi in S. Cœna.

Quod electi salventur necessario, etiamsi scelerate vivant, reprobi damnentur necessario, etiamsi probissimi fiant.

Et porro.

Quod Deum, qui est ipsa veritas, faciamus mendacem, hypocritam, periurum.

Quod secundum nos, Deus maiorem partem generis humani mero beneplacito, nullo peccati respectu addixerit æternæ damnationi.

Quod Evangelium maiori parti generis humani sit positum in laqueum.

Quod Deus nolit omnes homines credere.

Quod semel fidem adepti non possint eam rursus amittere.

Quod nullum faciamus discrimen Sacramentorum Veteris & Novi Testamenti.

Quod nullum faciamus discrimen cōmunionis Christi in verbo & in Sacramentis.

Quod Sacramenta faciamus vacua signa, cælestem gratiam tantum significantia.

Quod articulum fundamentalem de Iustificatione, doctrina nostra prorsus annihilemus, & tollimus.

Quod per nostram doctrinam sanctum Dei nomen & Sacramenta varie profanentur.

Quod aliter loquamur, atque in corde sentiamus.

Quod non habeamus doctrinam nostram ex verbo Dei.

Quod nullam habeamus justam causam in doctrina de S. Cœna dissentiendi à D. Luthero.

Quod in doctrina de Persona Christi cum D. Luthero non consentiamus.

Quod in puncto prædestinationis scripta D. Lutheri nihil pro nobis faciant, sed pro ipsis.

Quod in articulo de Baptismo non consentiamus cum Luthero.

Quod in ceremoniis quibusdam nulla ratione nos à Lutheranis separaverimus.

Quod doctrina nostra de Providentia Dei, & de causa peccati Deum faciamus authorem omnium flagitiorum & scelerum, quæ patrantur in mundo, &c.

NIMIRUM addent tandem criminari nos λῃστὰς, πατροκτόνους, μητροκτόνους, *latrones, patricidas, matricidas*, aut si quid habent atrocius istis. Uidentur enim isti ὑψηγόροι persuasum apud se habere, omnes homines pręter se esse fūgos vel pueros, quibus ultro persuadeant, nivem esse atrā, ter tria esse paria. ATQUI sunt per Dei gratiam ubique terrarum homines rationales, sunt qui veritatis amore &

desiderio scripta partium evolvant, conferant secum & cum scripturis sacris, sunt qui artis logicę beneficio intelligant, quid ex quo sequatur vel non sequatur, falsitate veritas, sophistica demonstratio quid differat, sunt qui spiritus probare, & dijudicare valeant, quid distent æra lupinis, quod dicitur, & quid candida nigris. Neque arbitrentur, sibi cum brutis rationis expertibus negocium esse, aut fore, ubi ad collationem ventum fuerit: vel nos in præsens etiã, si vellemus, vicem ipsis rependere non posse, exprobrando paradoxa & dogmata longe horribiliora & falsiora ex ipsorum libris: puta,

Quod in Christo sint duæ Deitates, communicans & communicata.

Quod caro Christi sit Deitati exæquata, & Deus.

Quod in quolibet homine sint duæ naturæ, divina & humana, inseparabiliter unitæ.

Quod specifica differentia unionis personalis sit effusio omnium divinarum proprietatum in carnem.

Quod discrimen Petri & Christi non sit aliud, nisi quod Deitas in Petrum QUÆDAM *duntaxat, in Christum vero* OMNIA *sua idiomata essentialia transfudit.*

Quod Deitas sit nata ex virgine, & in cruce MORTUA.

Quod homo Christus non sit naturalis Deus.

Quod homo Christus sit FACTUS *Deus per effusam in eum maiestatem.*

Quod humanitas Christi in primo conceptionis momento fuerit in cœlo & in terra, extra & supra omnem localitatem & locum.

Quod corpus Christi sit UBIQUE *in omnibus pyris, pomis, cantharis cerevisiariis, &c.*

Quod Christus sit passus, mortuus secundum utramque natu-

ram, divinam & humanam, & quod secus sentientes sint Diaboli corpore & anima.

Quod Christus pendens in cruce, corpore suo simul fuerit Romæ, in India & ubique.

Quod Christus jacens corpore mortuus in sepulcro, eodem corpore simul fuerit vivus extra sepulcrum Athenis & ubique.

Quod Christus æque pro damnatis existentibus in gehenna sit mortuus, ac pro Petro, Paulo, &c.

Quod cælum, in quod Christus ascendit, sit ubique.

Quod ascendere in cælum sit disparere, assensio fuerit disparitio.

Quod cælum beatorum esse sursum, sit ANILE *delirium.*

Quod in cælo etiam sit Satan cum Angelis suis.

Quod in domo patris & regno cælesti etiam Numa Pompilius, Hercules, Iudæi, Turcæ, ipseque infernus reperiatur.

Quod Christus in primo incarnationis momento asscenderit in cælum & sederit ad dextram Dei, invisibiliter.

Quod Christus in die ascensionis nec latum digitum asscenderit à terra, ut in cælum veniret.

Quod si motu locali asscendisset in cælum, nedum quidem in cælum pervenisset.

Quod Christus corpore suo nunc sit in terra, & ubique invisibiliter.

Quod reditus Christi ad judicium tantum sit futurus apparitio nunc invisibiliter præsentis.

Quod animæ nostræ corporibus solutæ non ascendant in cælum ad Christum.

Quod corpora nostra gloriosa sint futura invisibilia instar aeris mutuo penetrabilia, &c.

Quod Deus in consilio salutis omnes homines ex æquo elegerit ad vitam æternam, neminem reprobaverit: vel contra: *quod eos*

elegerit, quos prævidit esse credituros & perseveraturos in fide: seu, quod fides nostra prævisa sit electionis causa.

Quod promissiones Evangelii absolute sint universales, h.e. ad omnes homines fideles & infideles pertineant.

Quod latens virtus abluendi peccata sit aquæ Baptismi annexa affixaque.

Quod Spiritus sanctus cum sua efficacia sit aquæ alligatus.

Quod aqua & Spiritus sanctus habeant eundem effectum.

Quod liberi Christianorum ante baptismum non magis pertineant ad fœdus Dei, & ad Ecclesiam, quam liberi Turcarum.

Quod præsentia & oralis manducatio corporis Christi sit novus articulus fidei.

Quod corpus Christi sit in pane, sanguis in calice, non vi verborum Christi, sed ante verba, vi UBIQVITATIS.

Quod sine UBIQUITATE *realis præsentia corporis Christi in pane defendi non possit.*

Quod qui præsentiam realem concedit, & UBIQUITATEM *tamen nō credit, is in corde suo vel sit magicus Papista, vel Zwinglianus.*

Quod vivum & nunc gloriosum corpus Christi, seorsim sit in pane & sanguis seorsim in calice realiter præsens: & oraliter comedatur & bibatur, idque proprie etiam ab impiis.

Quod corpus Christi in mensa frangatur, in frusta diminuatur, dentibus atteratur, prematur, deglutiatur, instar alterius panis: tamen in specie panis, seu in pane.

Quod corpus Christi tam longum, latum, densum, sit in pane, quam longum, latum, densum pependit in cruce, &c. & id genus innumerabilia horrenda paradoxa, quæ nos tamē cum suis authoribus sepulta esse, pacis causa, hactenus sinimus.

QUERUNTUR, se à nostris graviter læsos, *variarum hæresium insimulatos, Marcionitas, Manichæos, Nestorianos,*

Eutychianos, Capernaitas, Creophagos, Vbiquitarios, Flacianos appellatos esse. Quo igitur pacto cum illis amicitiam nunc ambiamus? ATQUI si refricanda essent hæc vetera, invenirentur haud dubie multi illorum, tota ea culpa minime vacasse: Appareret etiam, criminationes ipsis à nostris intẽtatas, ludum jocumq; fuisse, præ dirissimis illis insectationibus, calumniis, contumeliis, quibus multi illorum Ecclesias & Doctores nostros diffamarunt, imo flagellarunt, & diffamare ac flagellare in hunc usq; diem non cessant. Neq; vero in mutuis conflictibus absq; mutua lęsione (jure, injuria) res geritur. Quod si partes dissidentes nihil nisi juris sui rigorem utrinq; urgere vellent: nullæ unquam induciç fieri, nulla unquam pax coire posset: verbi causa, induciæ Hungaricæ, Hollandicæ quomodo pactæ fuissent, si partes utrinque nihil nisi injurias acceptas mente volvere, tot sibi vulnera inflicta, tot clades illatas, tot castella diruta, tot urbes ereptas, tot naves incensas, tot militum strages editas, mutuo objectare voluissent? ATQUI hæ fuerunt belli flagrantis ut jura, ita incommoda & calamitates, quæ ut in futurum caveantur, tollantur, ad æqua pacis consilia animi traducendi fuerunt. Paci igitur injuriæ ut condonentur mutuo, vel compensentur, oblivione deleantur, corrigantur, si amicitia stare debeat, in omni pacificatione oportet.

PRÆTENDUNT, *à Luthero in colloquio Marpurgensi Zwinglio fraternitatem negatam fuisse, seque vetitos unquam cum Sacramentariis pacisci.* AN vero unius hominis affectu vel authoritate stare aut perire oportebit Ecclesiam? Si LUTHERUS vetuit concordiam cum Sacramentariis, quomodo eandem cum iisdem Wittebergæ anno 1537. tanto desiderio iniit? quomodo CHRISTIANAM DILECTIONEM mutuo inter partes, in solo articulo *de*

corpore Christi latente in pane, tunc dissidentes (quantum quidem per cuiusque conscientiam fieri posset) vigere & præstari debere, Marpurgi consensit & compromisit, uti Formalia consensus illius §. finali *Quanquam*, supra cap. XX. testãtur? A LUTHERO igitur irato ad LUTHERUM sedatum, à polemicis LUTHERI ad Irenica ejusdem quidni provocare æquum erit?

Myl. Th. 209. Exa. Tub. pag. 668. DENIQUE *blasphemos errores abiurare nos jubent. Sic demum amicitiam fraternam pollicentur.* HANC vero non PARTIS sed JUDICIS vocem esse oportuit: Quam ut tandem legitime nos & illi audiamus, ad obtemperandum utriq; pariter obligati, SYNODUM esse pernecessariam, omnes intelligunt.

CAPUT XXIX.

Ponderantur MOTIVÆ, *seu rationes, quibus coitionem Evangelicorum fieri nec posse, nec debere, quidam Principibus persuadere conantur.*



HACTENUS, Christiane Lector, monstravi modum, quo Evangelicorum concordia sit concilianda, per generalem nempe SYNODUM legitime instituendam: & explicavi rationes graves, cur interim, dum synodus & plena concor-

dia

dia fiat, pio ſyncretiſmo ſit opus, niſi tandem omnes peſſum ire, & graviſſimam Dei iram in nos concitare, ſeroq; imprudẽtiam noſtram deplorare velimus. Removi quoque, quam potui breviſſime impedimenta, hoc eſt, cum *Papiſtarum* calumnias de Evangelicorũ bello, & BELLUM in ipſoſmet retorſi: tum *Lutheranorum* quorundam falſas accuſationes, de orthodoxorum falſis dogmatibus: & hęc iniuria nobis imponi oſtendi: alioſq; quorundam inanes prætextus diſcuſſi. Et hic quidem receptui canere cogitabam.

VERUM ENIMVERO remoram aliam inſidioſam juxta & peſtilentem, per PRINCIPUM quorundam aulas ſerpere compertum eſt. Circumferuntur enim quædam MOTIVÆ ſub hoc titulo: **Motiven vnnd vrſachen / Warumb man mit den Calviniſten in Religions ſachen nicht kan oder ſoll wider die Papiſten für einen mann ſtehen /** hoc eſt, *Rationes propter quas Principes Lutherani cum Calviniſtis in negotio Religionis contra Papiſtas ſimul ſtare nec poſſint nec debeant.* Hæc, inquam, peſtilens remora non dubium, quin laudatiſſimorum Principum & Civitatum animos varie diſtrahat, & pacis conſilia interturbet. Res ergo poſtulat breviter etiam diſpicere, ſintne motivæ ſeu rationes illæ veræ, & ita ſolidę, ut Evangelicis Eccleſiis turbas movere, pacemque intervertere debeant. Sunt autem rationes novemdecim, quas retento MOTIVARUM vocabulo referam ordine, quidque orthodoxi ad ſingulas reſpondeant, aperte ac placide ſine ullo ſtomacho ſubijciam. Te rogo, pie Lector, ut abſque ſiniſtro affectu legas, & ubi trutina veritatis atque prudentiæ ſingula tecum penſitaveris, Deo gloriam tribuas.

MOTIVA I.

QUONIAM citra controversiam cõstat, & Calvinistæ ipsi diffiteri non possunt, quod in præcipuis Religionis & fidei articulis aliter ipsi doceant & prædicent, quam in Ecclesiis & scholis nostris (Lutheranis) docetur & prædicatur: Committi nulla ratione potest, ut in rebus fidei cum illis stemus, aut unam personam sustineamus. Fieret enim hoc adversus Dei mãdatum, quod scriptum habetur. 2. Cor. 6. 14. Ne impari iugo copulemini cum infidelibus. Quod enim consortium iustitiæ cum iniustitia? & quæ communio luci cum tenebris? Et quæ concordia CHRISTO cum BELIAL? aut quæ pars FIDELI cum INFIDELI? Et quæ consen-
Lev. 26. sio templo Dei cum idolis? Nam vos templum
11.12.
Is. 52.11. estis Dei viventis: sicut dixit Deus: Habitabo in eis & inambulabo: Et ero illorum Deus, & ipsi erunt mihi populus. Quapropter exite è medio eorum, & separamini, dicit Dominus: & impurum ne attingite: tum ego excipiam vos: Et ero vobis pater: & vos eritis mihi filii ac filiæ, dicit Dominus omnipotens.

RE-

RESPONSIO:

QUod eodem jugo cum infidelibus non copulari, sed ab injustitia, à tenebris, à Belial nos separare, expresso Dei mandato jubeamur, verissimum est. Quod vero Calvinistæ (quos motivarum authores vocant) sint infideles, sint injustitia, sint tenebræ, sint Belial, indemonstrabilis criminatio est: *Propositio* inquam, rationis huius vera est: *Assumptio* falsissima. Quæ enim Apostolus mandato illo de infidelium Ethnicorum consortio atq; idololatria fugienda præcipit: nulla specie, sed aperta injuria nobis accommodantur, nobis inquam, qui per gratiam Domini nostri Jesu Christi credimus & cupimus servari, quemadmodum & ipsi.

Probatio *assumtionis*, quod simus infideles ideo, quia in præcipuis fidei capitibus aliter doceamus, quam ipsi, nulla prorsus est, atque ipsis etiam contraria.

Primo enim falsa nititur hypothesi: Quod infideles & Belial sint, quicunq; in capitibus quibusdam aliter docent, quam *motivarum authores* docent. Neque enim istorum doctrina, sed Scriptura sacra est norma doctrinarum de fide.

Deinde, quod in præcipuis fidei articulis aliter doceamus nos, quam *Lutherani* docent, splendide quidem ab istis dictitatur, & à Jesuitis, juratis Ecclesiarum Evangelicarum hostibus utraque manu arripitur: sed criminationē falsam esse, ex iis, quæ supra c. XX. XXI. XXIIX. XIV. dicta sunt, cordatus lector facile intelligit. Qui enim veritatis & pacis studiosi, & tantarum rerum paulo æquiores æstimatores esse volūt: facile agnoscunt, inter omnes Evangelicas Ecclesias de fundamento salutis consensum esse semperque fuisse: controversiam fuisse & esse tan-

tum de reali latentia corporis Christi in pane: & de ejusdem UBIQUITATE. Quam quidem ipsi præcipuum fidei suæ articulum appellant: nos vero fœnum & stipulam fundamento ab eis superædificatam esse dicimus. Reliqua dissidia, à Lutheranis anno 1587. excitata, ut laboranti causæ suæ de *orali manducatione & ubiquitate* inducias pararent, nosque ex actoribus reos astu quodam facerent, vel sunt argutæ scholarum rixæ, de phrasibus & rebus non omnibus Christianis ad salutem, sed solis Theologis ad professionem suam scitu necessariis: vel sunt dissentaneæ quorundam locorum interpretationes, cujusmodi discrepantiæ inter Ecclesiæ Doctores, salva fide & charitate, subinde fuerunt plurimæ: vel sunt articuli falso nobis impositi, ut demonstratum est cap. XXIV. & XXVIII.

TERTIO ponamus falsum esse verum, h. e. de præcipuis fidei articulis aliter nos, aliter illos docere ac prædicare: nonne sic ἀποστασίας à D. LUTHERI & prædecessorum suorum doctrina seipsi accusant? Demonstratum namque est supra, Marpurgi anno 1529. 3. Octob. inter *Lutherum* & *ecclesias Helveticas* consensum doctrinæ per omnia sancitum fuisse, sola quæstione relicta: *An corpus Christi corporaliter sit in pane Cœnæ Dominicæ*? Rursus octennio post, Wittebergæ omnimodam concordiam inter partes dissidentes initam fuisse. Quod si hodie inter nos & ipsos tanta est in præcipuis fidei capitibus discrepantia, utique vel nos vel ipsos à doctrina antecessorum in præcipuis fidei capitibus degenerasse necesse est. Atqui nos doctrinam majorum in præcipuis fidei capitibus constãter retinemus, quippe consentaneã divinis scripturis: nec illibenter ad consensum Marpurgicum & concordiam Wittebergicam provocamus. Consequens ergo est, vel

llos à doctrina majorum suorum defecisse, vel crimina-tionem hanc vanam, & sic motivam primam irrationa-lem esse.

MOTIVA II.

PECCARETUR *in Augustanam confessionem, quam ceu* SYMBOLUM *partis huius (Lutheranæ) profitemur: quandoquidem in illa Calvinistarum doctrina & sententia de Cœna Domini, deq; aliis pluribus articulis reiicitur: & confessionem illam quidam Zvvinglianæ Religioni adhærentes ordines in comitiis Augustanis Anno 1530. adeo non approbarūt, ut etiam propriam confessionem fidei suæ Carolo V. Imperatori seorsum exhibuerint: quo facto se propria voluntate ab Augustana Confessione separaverunt. Nunc igitur absque magnis motibus redire ad eam non possunt, nisi prius erronea sua opinione abnegata, Augustanæ Confessioni per omnia sese conforment.*

RESPONSIO.

PRINCIPIO, utrum Augustana Confessio SYMBOLUM Evangelicarum Ecclesiarum dici mereatur, an non? disquirere hic nihil attinet. Hoc saltem dico incom- *Augusta. Cōfessio an sit Symbolū fidei.*

pertum

pertum esse hactenus in historia Ecclesiæ atque inauditum, SYMBOLA fidei in comitiis Imperialibus condita aliquando fuisse, aut condi debere : cum potius Synodorum Ecclesiasticarum semper ea cura fuerit propria. Neque sane confessio ipsa tale quid de se dicit. Nihil etiam huius in Apologia legitur: SUMMAM quidem doctrinæ in suis ditionibus receptæ Principes & Ordines Evangelici confessionem suam vocarunt. SYMBOLUM vero ubinam appellaverint, aut esse voluerint, nondum legimus. *Denique* hic titulus Augustanæ Confessionis ante annum 1580. in Ecclesiis Evangelicis fuit inauditus. SED HOC jam omisso, Augustanam Confessionem facere normam fidei & doctrinæ Ecclesiæ, ut quidquid in ea non habetur, aut diversum ab aliis dicitur, erroneum esse oporteat: Id vero non solum in sacræ Scripturæ gravem injuriam cederet, sed ipsimet Augustanæ Confessioni palam adversaretur quippe quæ in præfatione Principum non ad se ipsam, sed ad Scripturas sacras, tanquam ad normam veritatis, aperte provocat.

SECUNDO, quod doctrina orthodoxarum Ecclesiarum de sola spirituali atque vivifica corporis & sanguinis Christi κοινωνίᾳ in S. Cœna, deque pluribus aliis articulis in confessione Augustana, tanquam eidem contraria reijciatur: Id vero etiam neutiquam concedimus. QUIN si scrupulosi esse vellemus, nullo negocio demonstrare possemus, Lutheranos ipsos non paucas opiniones novas & falsas, contra diversos confessionis dictæ articulos, maxime contra art. III. V. IX. X. & XIII. de ubiquitate carnis Christi, de supernaturali virtute Sacramentis alligata, de latentia corporis Christi in pane, de orali & impiorum manducatione, deq; vero Sacramentorum usu invexisse: *Decimi* certe articuli literam & sententiam propriam non

magis

magis tenent quam nos. Quis enim, quæso, Lutheranorum Doctorum inde ab anno *1530*. docuit aut scripsit, corpus & sanguinem Christi in cœna adesse sub specie panis & vini, **vnter der Gestalt Brodts vnd Weins**. Atqui Lutherus in articulis Augustanis, qui extant Tom. v. Jen. magis aperte mentem suam tunc exposuerat, corpus Christi adesse IN PANE, sanguinem IN VINO: & hanc phrasin atque mentem Lutheri omnes Lutherani hactenus concionibus & scriptis defendunt & urgent. Jllam vero Augustani articuli Phrasin & mentem, adesse illa SUB SPECIE panis & vini, **vnter gestalt Brodts vnd Weins**/ qui retineret vel defenderet hactenus, ne unus quidem fuit. Fuerunt vero plurimi, qui species illas Papisticas, Transsubstantiationem panis & vini manifeste importantes, palam improbarent. Et sane duo illi loquendi modi, *Corpus Christi adesse* IN PANE: *&, adesse* SUB SPECIE PANIS, ut sunt diversissimi, ita diversissimas opiniones important. Prior enim de coëxistentia duarum substantiarum, panis & corporis Christi, posterior vero de existentia sive latentia unius tãtum substantiæ, corporis videlicet Christi sub accidentibus panis propriissime sonat: quarum illam *Guitmundus* CONSUBSTANTIATIONEM & IMPANATIONEM: istam *Innocentius Papa*, & post eum Sophistæ, TRANSSUBSTANTIATIONEM vocarunt. Ubi vero etiam, quæso, legitur articulo x. corpus Christi manducari oraliter? & manducari ab impiis? quæ duo hodie à quibusdam quasi propria Lutheranæ doctrinæ jactantur γνωρίσματα.

TERTIO igitur, Articuli x. ἀκυρολογία potissimum fecit, ut quatuor Jmperii Civitates, *Argentina, Constantia, Memminga, Lindavia*, in comitiis Augustanis, Anno 1530. fidem suam de Mysterio S. Cœnę propria Confessione

Confessio quatuor Civitatum qua occasione & quorsum scripta.

Jmperatori explicare cogerentur: Non ideo quidem, ut ab aliis Jmperii Ordinibus Evangelicis secessionem facerent, aut se separarent (ut isti aiunt) sed ut doctrinam suam de S. Cœna, deque capitibus aliis, in quibus à Papatu dissidebant, aliquanto apertius, quam confessio Principum faciebat, declararent: Quod ut verum esse appareat, adscribam utriusq; confessionis articulum de sacra Cœna tunc exhibitum:

Articulus X. Augustanæ Confessionis.

VOm Abendmahl deß HERREN wird alsc gelehret / daß wahrer Leib vnd Blut Christi wahrhafftiglich vnter der gestalt Brots vnd Weins im Abẽdmahl gegenwertig sey/vnd da außgetheilet vnd genommen wird. Derhalben wird auch die gegenlehr verworffen/

hoc est,

DE Cœna Domini sic docetur, quod verum corpus & sanguis Christi SUB SPECIE panis & vini in Cœna vère præsens sit, ibique distribuatur & accipiatur. Ideo damnant secus docentes.

Articulus XVIII. Confeßionis quatuor Civitatum.

VOn dem heiligen Sacrament des Leibs vnd Bluts vnsers HERREN Jesu Christi / wird bey vns gelehret vnnd geprediget / wie das von den Evangelisten vnnd Paulo fürgeschrieben / vñ von den H. Vättern gehalten / auch der Gemeine Gottes am nutzlichsten vnnd heilsamsten ist / Nemblich daß der HERR / wie in seinem letzten Abendmal / also auch heutiges Tages seinen Jüngern vnnd Glaubigen / wann sie solches sein heiliges Abendmal halten / laut seiner wort: Nemet / essend / dz ist mein Leib ꝛc. vnd trincket alle darauß / diser Kelch ist mein Blut

Jn

In diesem Sacrament seinen wahren Leib vnd wahres Blut warlich zuessen vnd zutrincken gibt/zur speiß jhrer Seelen vñ ewigen Leben/daß sie in jhm vnd er in jhnen bleybe. Daher sie dann auch durch jhn am jüngsten Tage zu der vnsterblichkeit vnd ewigen seeligkeit aufferwecket werden:

hoc est.

De Sacramento corporis & sanguinis Domini nostri Iesu Christi apud nos sic docetur & prædicatur, prout Evangelista & Paulus præscripserunt, & S. Patres tenuerunt, & ecclesiæ utilissimum est atque saluberrimum: videlicet, quod Dominus, ut in ultima sua *Cœna,* ita *etiam hodie suis discipulis atque fidelibus, juxta verba sua:* Accipite, edite, hoc est corpus meum, &c. &, bibite ex hoc omnes, hoc poculum est sanguis meus &c. *in hoc sacramento verum suum corpus, & verum suum sanguinem, vere dat manducandum & bibendum in cibum animarum suarum ad vitam æternam. Vnde etiam per eum in die novissimo ad immortalitatem & æternam beatitudinem suscitabuntur.*

Ex hac collatione nemo pius non intelligit, articulum confessionis istius, quam alterius longe & clariorem, & consolationi Christianæ accommodatiorem esse.

NEQVE vero CIVITATES levitate aliqua, vel schismatis faciendi causa, sed jussu superiorum confessionem suam obtulerunt. Cæsarea enim Majestas non minus illis Civitatibus, quam aliis Jmperii statibus, ut scriptam confessionem suam offerrent, mandato suo edixerat, ut in prçfatione sua testantur Civitates. Videbant quoq;, Confessioni alteri tunc non nisi quinq; Principes, & vix duas Civitates subscribere, quid de reliquis exspectarent, obscurum erat. Cernebant deniq; Confessionem Principũ in capitibus quibusdam non satis dilucide loqui, sed tempori & concordiæ cum Papistis accommodatam esse: quod ipse author in præfatione Apologiæ nihil dissimu-

lans: *Semper*, inquit, *hic meus mos fuit in his controversiis, ut quantum omnino facere possem, retinerem formam* USITATÆ DOCTRINÆ, *ut facilius aliquando coire concordia posset. Neque multo secus nunc facio: & si recte possem longius abducere huius ætatis homines ab adversariorum opinionibus.* Hæc ibi.

Svvinfurtensis unio quatuor Civitatū & sociorum Augustana Cōfessione.

QUARTO Confessio illa quatuor Civitatum, quam BUCERUS, proximus tunc à LUTHERO Germaniæ Theologus, composuit, pro secessione ab Augustana Principum Confessione vel ideo haberi nequit, quod biennio post, anno videlicet 1532. in conventu Swinfurtensi Civitates illæ, cum dogma suum de S. Cœna in comitiis Augustæ propositum, Principibus copiosius tunc explicassent (utor verbis Sleidani, qui historiam eam refert lib. 8.) earumque interpretatio à Saxonicis recepta fuisset, pro sociis Augustanæ Confessionis habitæ, communem dehinc caussam cum Principibus adversus Papistas defenderunt.

VVittebergensis concordia.

Accedit QVINTO, quod Ecclesiæ Suevicæ, Helveticæ atque Saxonicæ anno 1537. de S. Cœna, aliisque controversis articulis Wittembergæ concordiam solennem inierunt, & datis mutuo fraternitatis dextris confirmarunt. Neque deinceps orthodoxæ Germanorum Ecclesiæ ab Augustana confessione, secundum Scripturarum divinarum mentem intellecta, secessionem fecerunt, aut facere cupiverunt unquam: præsertim quæ sunt in Electorali Palatinatu. Augustanam enim Confessionem FRIDERICUS III. Elector Palatinus, laudatissimæ recordationis Princeps, in conventu Naumburgico anno 1561. cum aliis Evangelicæ professionis Principibus atq; ordinibus chirographo & sigillo proprio subsignavit: eodemque anno controversiam de S. Cœna inter *Heshusium* & collegas Heidelbergæ exortam secundum judicium

Palatinatarum Ecclesiarum cōfessio.

PHI-

PHILIPPI MELANCHTHONIS, quem Auguſtanæ Confeſſionis authorem fuiſſe conſtat, diremit, atq; Eccleſiarum Palatinatus reformationem inſtituit. Cujus gratia lis quidem gravis Celſitudini ejus paulo poſt anno 1566. in comitiis Auguſtanis coram *Maximiliano* Cæſare, & utriuſq; partis Ordinibus ab æmulis quibuſdam, Theologorum turbulentorum inſtigatu intentata fuit, purgatione vero objectorum errorum ita ſatisfecit omnibus, ut publico ſuffragio ſocius Auguſtanæ Confeſſionis fuerit declaratus. Cuius rei teſtis eſt ipſa Pontificiorum Autonomia Par. 1. cap. 7. fol. 118. 119.

IDEM Elector moriturus teſtamento ſuo typis evulgato Auguſtanæ Confeſſionis doctrinam juxta Prophetarum & Apoſtolorum Scripturas (quibus & ipſa nititur) declaratam, conſtanter profeſſus eſt. Neque in hunc diem Eccleſiæ reformatæ Electoralis Palatinatus, Bipontinæ item, Anhaltinę, Haſſiacæ, & quotquot ſunt intra vel extra fines Imperii Romani, quas adverſarii ut Calvinianas traducunt, diverſum quicquam in religione ſequuntur: quemadmodum res ipſa loquitur, & acta publica in Comitiis Ratisbonenſibus anno 94. 96. & 98. teſtatum faciunt.

Quin & ipſe JOH. CALVINUS, à quo odioſe nos Calvinianos vocant, Auguſtanæ Confeſſioni ſubſcribere non dubitavit, quod epiſtola ſua ad *Martinum Schallingiũ*, Ratisbonæ paſtorem, anno 1557. non diſſimulavit his verbis: *Ego ſi quis alius, veram & ſynceram conſenſionem expeto, quam modo Deus ipſe ſuo verbo ſanciat. Nec vero* AUGUSTANAM CONFESSIONEM *repudio, cui pridem volens ac libens ſubſcripſi, ſicut eam author interpretatus eſt.* Et quanti conſenſum cum ea faceret, ad Polonos Evangelium profitentes ſcripta eodem anno epiſtola de con-

Calvinus Auguſtanæ confeſſioni ſubſcripſit.

Cal. epiſt 188 in fo pag 181.

troversia S. Cœnæ testatum fecit, ubi inter alia: *Neque tamen*, inquit, *hac erit ab* AUGUSTANA CONFESSIONE *discessio, si clarior fidei vestræ expositio accedat: sicut vos cum* W*aldensibus divortium minime facere vellemus, quibuscum fraterna conjunctio ad extremum usque colenda sit.*

AT QUI (obiiciunt quidam) *Calvinus* Augustanā Confessionem FACEM dixit, qua tota Gallia conflagret: *Beza cum Martyre* anno 1561. in colloquio Possiaceno eidem suscribere noluit.

Ad utrumque RESPONDETUR, quod neutum sit simpliciter verum. CALVINI verba hæc sunt: *Augustana Confessio, ut scis,* FAX *est vestra* FURIÆ (intelligit Cardinalem Lotharingum) *ad excitandum incendium, quo conflagret tota Gallia. Sed quærendum est, quorsum obtrudatur, &c.* Res ita habet. Cardinalis Lotharingus in colloquio Possiaceno anno *1561.* cum argumentis stare non posset, ad stratagema confugit, quo se Ecclesias reformatas in Gallia evertere vel lacerare posse sperabat. *Augustanam* confessionem offerebat, quam subscriberent, non quod ipse eam probaret, sed quod, si illi subscripsissent, alios à confessione semel recepta nō facile decessuros, & hinc schisma Ecclesiis exitiale futurum prævideret. BEZA igitur cum collegis insidias intelligens, subscriptionem recusavit, non quod simpliciter Confessionem illam improbaret, sed ut versutiam adversarii eluderet, & Ecclesiarum Act 25, 9 lacerationem caveret: Apostoli in hoc secutus prudentiam, qui interrogatus à Festo, utrum Hierosolymis judicio sisti vellet, id facere recusavit, non quod causæ diffideret, sed quia insidiosum Festi postulatum intelligebat. Audiatur de hac techna ipse BEZA in epistola ad CALVINUM, quę inter epistolas & responsa Calvini est in ordine 257. *Cardinalis*, inquit, *Augustanam Confessionem habet in*

re: de qua etiam seorsum rogatus à Doctore Botellerio, an eam possemus admittere, plane respondi, non posse in QUIBUSDAM, NISI *plana & perspicua addita interpretatione.* Et epistola sequente: *Consilium Cardinalis erat, si differremus subscriptionem, colloquii statim abrumpendi culpam in nos, maxima cum omnium Ordinum invidia transferre: Si nos aperte negaremus subscripturos, statim universam Germaniam in nos concitare, quasi paratus ipse fuerit Augustanam Confessionem saltem aliqua ex parte concordiæ causa recipere. Sin vero subscriberemus, postea vel nobis eiectis ab Ecclesiis, quas prodidissemus, vel scissis nostris in diversas partes triumphare.* Et postea: *Præterea iniquum esse, non de nostris Controversiis, sed de alienis quæri, quasi isti* (Cardinalis cum suis Doctoribus) *inter nos & Germanos arbitri sederent. Quod si illis* (Papistis) *placeret illud quorundam* Theologorum *scriptum, quod nobis tradiderunt, age subscriberent ipsi non mutilatis propositionibus, sed toti Augustanæ Confessioni. Quod si facerent, tum vero nos non procul abfore à concordia, unico excepto, nempe decimo articulo, de quo parati essemus sancte & amice colloqui. Sin autem id ipsi facere recusarent, inique à nobis peti, ut iis subscribamus, quæ ne ipsi quidem probant.* Hactenus Beza.

Quibus omnibus satis puto demonstratum, alteram quoque motivam frivolam prorsus esse, quod nisi nos nostros abijciamus errores, unio absque INGENTIBUS MOTIBUS fieri nulla possit. Quid vero hoc est, nisi classicum canere? Si de erroribus quæritur, suos prius ipsi abijciant, quos contra Augustanæ Confessionis articulos hodie tuentur: vel certe Synodi sententiam de nostris & suis dogmatibus expectent. Quod si nos Augustanæ Confessionis exsortes ideo sumus, quia articulum x. ut sonat, non probamus: utique eiusdem exsortes multo magis ipsi erunt, qui eundem articulum ut sonat, mi-

nime

nime probant, ut ostensum est. Nunquam enim inde ab edita confessione ipsi docuerunt, nec in hunc diem docent, corpus & sanguinem Christi adesse unter der gestalt Brods und Weins *sub specie panis & vini* in Eucharistia, quæ semper fuit & hodie est omnium Papistarum & Jesuitarum propriissima sententia, à qua tam Lutherani, quam Orthodoxi toto pectore abhorrent.

MOTIVA III.

Papistarum calumniæ & scommata in Augustanam Confeßionem evitari non poßent, quasi ea sit ἐπικάλυμμα, tegumentum, sub quo hæreses quæcunque latitare, seque tueri poßint.

RESPONSIO.

HÆc etiam ratio multis nominibus est vitiosa & frivola.

Primo enim Papistæ haud ignorant, nos æque atque Lutheranos hæreses qualcunque penitus aversari. Doctrinam vero nostram de spirituali manducatione corporis Christi in S. Cœna, negationem UBIQUITATIS (quæ dissidii nostri præcipua causa est) hæresin esse, nullus Papista affirmaverit. Nullus etiam Papista UBIQUITATIS dogma verum esse, vel articulo III. Augustanæ Confessionis contineri concesserit. Non est ergo, quod isti negationis nostræ, sed potius, quod affirmationis suæ, sub Augustanæ Confessionis pallio tegendę, calumniam à Papistis metuant.

SECUNDO frustra moramur Papistarum calumnias, cum calumnias esse constet: quibus jampridem hoc agunt, ut incendium dissidii nostri gladio fodientes augeant, interim res Antichristi stabiliant, Evangelicorum vero Ecclesias mutuis digladiationibus attenuatas, commodius opprimant, ut supra cap. XIV. fuit demonstratum.

TERTIO calumnia hæc Papistarum nullo negotio ex Actis Concordiæ Evangelicorum anno 1532. & 1537. refellitur. Cumprimis Acta Augustana anno 1566. eam refutant. Neque enim nesciunt illi, ELECTOREM Palatinum FRIDERICUM III. reformatarum Ecclesiarum doctrinam de S. Cœna amplexum atque professum, pro socio Augustanæ Cōfessionis publice agnitum fuisse. Sic enim author *Autonomiæ* scriptor Papisticus: *Anno 66.* inquit, *Augustæ in comitiis obtentum tandem fuit, ut illi, qui Calviniani vocantur*, ab *Imperatoria Maiestate, & à Statibus Protestantibus pro sociis Confessionis agniti, & pace Religionis comprehensi fuerint.* Ibidem, *Eventus comitiorum illorum (licet initia apparerent perturbata) quantum ad Calvinianam religionem, hic tandem fuit, ut Calviniani à sociis Confessionis non modo tolerati, sed etiam in clientelam atque in gremium Augustanæ Confessionis recepti fuerint. Ac deinceps supremo eorum patrono* (FRIDERICO III. Electori Palatino) in *publicis Evangelicorum tractatibus de religione* DIRECTORIUM *seu potestas suffragia colligendi atque concludendi commissa fuit. Inde factum, ut postea anno 75. & 76. coniunctim Autonomiæ negocium de novo egerint.* Ibidem. *Postquam Protestantes (anno prædicto 66. Augustæ) rectius informati fuissent, condemnatione Calvinistarum supersederunt, eosque in societatem admiserunt, primum,* ut *ab omnibus coniunctim Papatui tanto fortius resisti posset: Deinde, ne Catholicis ansa præberetur ex eodem fundamento, quo nunc*

Aut. par. 1. cap. 7. f. 118. 119.

Calvinistæ damnarentur, deinceps & ipsos tanquam hæreticos, Papam non recognoscentes damnandi & excludendi. Hactenus author Autonomiæ. Hisce profecto testimoniis Papistarum calumnia, quod sub Augustana Confessione receptum quæramus, plus satis retunditur.

PUDENDA vero atque effrons nimis audacia est istius motivæ, quæ à Confessionis & pacis communis societate arcere atq; excludere non pertimescit eos, quibus DIRECTORIUM in publicis de Religione tractatibus, ipsis Papistis fatentibus, jampridem Procerum Protestantium consensu est attributum, jureque debitum.

MOTIVA IV.

QVicunq; cum Calvinistis in religionis negociis eandem personam sustinent, facto ipso testantur, se religionem Calvinianam non minus quam suam propriam propagare velle, eamque quasi Augustanæ Confessioni conformem, & ideo veram rectamque agnoscere.

RESPONSIO.

PONAMUS Calvinianam (quam vocant) religionem in capitibus aliquibus erroneam esse: Non tamen sequetur id quod ratio ista prætendit. Cum enim in fundamento fidei conveniamus utrinque, ut supra fuit demonstratum, & motiva ultima magis ostendetur (quicquid

nonnulli contradicant) possumus utique omnes fundamento communi innitentes, optima conscientia in causa religionis stare adversus cōmunem hostem Antichristum: quantumvis media protestatione, pars utraq; alterius fœnum & stipulam (quam fundamento superstruit) neq; approbet, neq; propagare cogitet. Notum est enim, olim quoque sub THEODOSIO Jmp. Orthodoxos cum Novatianis adversus Arianos conjunctim stetisse, saltem quia in fide ὁμοουσίου consentiebant, quātumvis illi istorum erroneam doctrinam de pœnitentia & anabaptismo nec probarent, nec propagare parati essent. *Possumus. n. de quibusdam rebus salva charitate & pace dissentire*, ait Augustinus cont. Jul. lib. 1. cap. 2.

Sed hoc misso, nondum *authores motivarum* probarunt, ea doctrinæ nostræ capita, quæ improbant, verbo Dei esse contraria, aut Confessioni Augustanæ dissentanea & erronea. Jtaq; nequaquam vera est rationis huius major propositio, seu hypothesis qua nititur, quod errent aut peccent, quicunq; doctrinam nostram amplectuntur, vel propagare parati sunt: Unde & falsa conclusio est, quod errent & peccent, quicunq; in causa religionis contra Papistas nobiscum stare consentiunt.

MOTIVA V.

CAlvinistæ unione obfirmarentur in erroribus suis, indeq; materiam arriperent ad omnem posteritatem gloriandi, doctrinam & religionem suam à statibus Augustanæ Confessionis approbatam fuisse.

RESPONSIO.

PRIMO nullorum errorum nobis conscii sumus. Essemus enim plus quam dementes & miseri, si scientes volentes errare vellemus. Non error est, quidquid isti erroneum pronunciant. Capita vero, quæ isti pro erroneis habent, præterquam quod supra demonstravimus, amplius demonstrare parati sumus, vel esse verissima dogmata Theologica, in quibus ipsimet à veritate aberrent, & per nos, si aliter nolint, aberrare possunt, salvo fundamento, salvaq; charitatis compage: vel esse discrepantes quarundam scripturarum interpretationes, quæ nec hæresin faciunt, nec lites excitare debent inter pacis studiosos: vel esse articulos falso nobis impositos, quos ipsimet damnamus. De ipsorum vero erroribus justior querela nobis esse poterat. Dummodo autem fundamentum servetur, omnia tranquillitati publicæ condonabimus, illud
Ro. 14. 4. Apostoli nobiscum reputantes: *Domino suo stat aut cadit.*
1. Cor. 4. 12. Et: *Quod si quis ædificet super fundamentum hoc aurum, argentum, lapides preciosos, ligna, fœnum, stipulam, cuiuscunque opus manifestum fiet. Dies enim declarabit. Nam per ignem retegetur, & quale sit cuiusque opus, ignis probabit, &c. Si cuius opus exustum fuerit, damnum faciet; ipse vero servabitur, sic tamen quasi per ignem, &c.* Itaque non est, quod vereantur, ne unione Evangelicorum facta, nos magis quam ipsimet in erroribus obfirmentur.

Quod SECUNDO loco de nostra gloriatione metuunt, etiam hoc metu eos liberamus. Gloriationem enim ad posteritatem de veritate nostrę doctrinæ non est, quod ex hac unione quæramus. Exstant scripta & Acta publica, ex quibus pia posteritas judicabit, nostrane an

ipsorum

ipsorum doctrina verbo Dei & veritati magis sit consentanea: & *Orthodoxi* an *Lutherani* tranquillitatis & pacis publicæ magis sint fuerintque studiosi.

DENIQUE non est, quod Ordines Augustanæ Confessionis doctrinam nostram demum approbent. Jampridem Actis publicis eam si non approbarunt, saltem improbare aut damnare ex verbo Dei non potuerunt, nec voluerunt, quin imo manifeste sępius probarunt: salvis controversiis, in quibus Theologi ipsorum nos errare dictitarunt hactenus, sed nōdum demonstrarunt: & de quibus ostendere in horas parati sumus, nihil nos à Verbo Dei, & ab Augustana Confessione secundum verbum Dei intellecta, alienum docere aut defendere.

MOTIVA VI.

VNione delinqueretur in sacrosanctā Religionis pacem, quam inde ab anno 1555. hucusq; variis Imperii Comitiis Protestantes constanter, syncere & inviolate se servaturos & persecuturos esse promiserunt & confirmarunt.

RESPONSIO.

ETIAM hujus rationis assumptionem esse commentitiam, ex iis quæ ad motivam II. & III. sunt dicta, manifestum est. Nondum enim *motivarum authores* demonstrarūt, doctrinam nostram minus quam suam verbo Dei & Augustanę Confessioni secundum illud intellectę, con-

sentaneam, minusq; Religionis pace comprehensam: aut unquam legitimo judicio eadem exclusam esse.

MOTIVA VII.

VNione facta verendum est, ne adgravamina Protestantium in Comitiis sæpius proposita vel nullum vel negativum subsequatur responsum: Atque à Cæsarea Maiestate ordines moneantur, ut constitutionibus Imperij observandis magis invigilent, neve illis, cumprimis ei, quæ de pace religionis est, aliquid repugnans committant.

RESPONSIO.

LARVA inanis etiam hæc ratio est. Gravamina ordinum maxime post Concilium Tridentinum, nominatim anno 1562. & deinceps singulis prope comitiis proposita & repetita fuerunt communi Evangelicorum tam Lutheranorum, quam orthodoxorum nomine, quia tam istos, quam illos concernunt, quod etiam UNIO Evangelicorum Principum correspondentium nuper facta, liquido confirmat. Sicut vero non veriti sunt, neque verentur Protestantes, ne conjunctim offerendo gravamina, in constitutiones Imperii & in formulam Pacis Ecclesiasticæ delinquant: Ita non est, quod vereantur, ne ob conjunctionem dudum factam, iniquius responsum vel etiam nullum ferant. Neque enim ignorat Cæsare-

Majeſtas, quid de unione Evangelicorum in comitiis Augustanis anno 1566. fuerit actum: & ſæpius poſtea confirmatum: & à quibus gravamina Majeſtati ſuæ fuerint jampridem, & in imperii comitiis exhibita, atque reſponſum hactenus expectetur.

Quod ſi omnino contingeret, Imperatorem Papiſtarum inſtigatu unionem Evangelicorum cauſari, hincque reſponſum nullum vel negativum dare: tamen ne id quidem idonea cauſa foret, ſchiſma diutius fovendi, & Papiſtis gladium in manus tradendi, quo non modo ut falſo accuſatos hæreticos, ſed ut vere dictos ſchiſmaticos omnes perſequantur, & alios poſt alios tandem abſumant.

Sed adeo inanem larva hæc metum oſtentat, ut contrarium prorſus ex unione ſit expectandum. Imperatoria enim Majeſtas multo citius ex ſententia Proteſtantibus reſpondebit, ſi omnes conjunctos ſtare, quam ſi religione diſſidentes, factionibus diſcordes inter ſe viderit. Ex unione enim major Imperii tranquillitas, quam ex diſcordia, exſpectanda eſſet.

Verum enimvero demus fieri, quod fortes iſti viri metuunt. Num quando hoc fiet, Deus in cœlis vivere deſierit? Aut num Chriſto ad dextram Patris regnante hoſtes Evangelii potentiores erunt? Eſt ergo hoc inane terriculum, in cerebro politico-Theologico enatum, & ideo excogitatum, ut Principum oculis glaucoma objiciant, eoſque à pacis conſiliis abſterreant, ne diſſidia multis ipſorum valde quæſtuoſa aliquando componantur, ſcandala horrendum in modum Evangelium Christi deformantia, tandem è medio tollantur, viribuſque Evangelicorum conjunctis Antichriſti potentiæ obviam eatur.

MO-

MOTIVA VIII.

POssent Papistæ causari, & jam quidam eorum non dißimulanter causantur, quod Protestantibus pacem Religionis juratam, & sacro-sancte confirmatam servare amplius nō teneantur, eo quod cōspiraverint cum illis, qui notorie religionem diversam tuentur.

RESPONSIO.

Io.11.48. HOc est Caiphæ consilium, qui dicebat; *si ita sinamus, omnes ei credent, venientque Romani, & delebunt tum locum nostrum, tum gentem.* Sed glaucoma est simile priori. Quomodo enim Papistæ nunc demum causari hoc poterunt, cum jam pridem in sua Autonomia publice confessi sint, & confirmaverint ipsi, anno 1566. in comitiis Augustanis Protestantes utriusque partis inter se convenisse, & Calvinistas, quos vocant, pro sociis Confessionis à Cæsarea Majestate & Ordinibus reliquis agnitos, paceque religionis comprehensos esse, ut supra ad motivam 11. ostensum est. Et quisnam novus hic fortium istorum virorum metus? Itane sunt hospites in historia præsentis status, ut nesciant, Papistas & Jesuitas palā scriptis jam nuper prodidisse: Lutheranos à Confessionis Augustanæ doctrina non una ratione degenerasse: Et: pacem Religionis Evangelicis ab Jmperatoribus nullo jure datam esse? Temporariam saltem concessam ad usque concilium Tridentinum? inposterum nullam & invigorosam esse. Legant,

quæso, Prognosten PAULUM WINDECK: *Non repugno* (inquit ille in Prognostico futuri status Ecclesiæ, h.e. ruituri Evangelii, & mansuri Papatus, pag. 315.) *quin factum fuerit: sed quo iure, ipsi (Augustissimi Imperatores, Carolus, Ferdinandus, Maximilianus, Rudolfus) causam dicant, qui hoc concesserunt.* Et pag. 324. *Constat ex eo edicto, Cæsarem pacem dedisse Protestantibus tantum ad usq. Concilii tempus, quo dissidium sanari posset.* Et pag. 328. AUGUSTANA *Confessio* TOLERATUR *ad vitandum maius malum (sicuti alicubi lupanaria)* Etibidem: *Hæc* LEX *(de pace religionis) in conventu quodam Passaviensi assentientibus plerisque Imperii Ordinibus sancita esse dicitur* (fides suspecta huic authori) *quæ tantisper servanda esset, donec per Concilii canones tum nondum promulgatos, quid in controversiis fidei sequendum, quid fugiendum esset, omnibus liquido constaret.* Et in margine: *Confessio Augustana* TOLERATA TANTUM *ad Concilii Tridentini exitum.* Et mox: *Conciliorum decreta liberam religionem nemini indulgent, sed Protestantibus tantum* MORATORIUM, DILATIONEM, & TOLERANTIAM *concedunt. Hæc ille.* Videtis, quid causentur Papistæ.

NEC est, quod istam paucorum sanguinariorum vocem esse excipiatis, & dicterio eludatis: **Es ligt nicht an der hunde heulen/daß die Pferde sterben.** Vetus & communis est omnium Papistarum hæc cantilena, quotidianis hactenus firmata exemplis, de pace Religionis post Concilium Tridentinum irrita, nec amplius servanda. Sed nec multum tam perfida cantilena curanda est Protestantibus, modo veritatem & pacem diligant, & scholasticas Theologorum rixas authoritate sua coherceant.

Myl. prodr. thes. 204.

MOTIVA IX.

VNione peccaretur in praxin Ecclesiæ & Statuum Confeßionis Augustanæ, inde à primo exordio illius controversiæ, quando Protestantes cum Helvetiis, propter religionis diversitatem sæpius petitam Confœderationem constanter recusarunt: Cum civitatibus vero Suevicis, Memminga, Argentina, Lindavia, & Constantia tunc demum inierunt, postquam in doctrina S. Cœnæ ad nostras partes concesserunt. Adversaretur quoq; unio demortuorum optimorum atque laudatißimorum Electorum & Principum laudatißimo Zelo in religionis negocio: quibus nihil fuit prius, quam Augustanam Confeßionem, & sacratißimam Religionis pacem defendere, nihilq; contra probare vel admittere, quod in præiudicium posteritatis suæ cedere posset.

RESPONSIO.

OBIICITUR hic praxis Ecclesiæ superioris seculi: confœderatio Helvetiis & Suevicis civitatibus negata: denique veterum Principum zelus: Ad quæ singula breviter sic respondetur.

Si in praxi Ecclesiæ hactenus erratum aut peccatum aliquid fuit, (utrum enim omnia ad lineam sint gesta dubitari posset) id sane non pro regula allegandum, sed corrigendum fuerat, potiusque contendendum, quid verbum Dei, quidque ædificatio Ecclesiæ in præsens postulet. Quo loco enim praxis Ecclesiæ etiam vetustioris habeatur ab ipsis & à nobis, quoties Papistæ ad eam provocant, notum est. Sed valeat sane, quantum potest à praxi Ecclesiæ ductum argumentum. Negatur praxin talem omnino fuisse, qualem authores motivarum referunt. Quædam enim longe secius actitata fuisse, supra ad motivam II. & III. ostensum fuit: nunc vero apertius ostendam.

Primo si verum isti dicunt, Protestantes Helvetiis confœderationem diu flagitatam constanter negasse, quomodo laudatissimus & Protestantium facile primus princeps Philippus Landgravius Hassiæ, mox anno 1530. post confessionem Augustæ exhibitam & soluta comitia, cum Tigurinis, Basiliensibus, atque Argentinensibus confœderationem iniit? Testis *Sleidanus lib.7*. Hoc si verum est: illud profecto falsum. Sed ponamus hoc factum non esse: an causam aliam nullam recusandi fœderis cum Helvetiis, quam religionis diversitatem Protestantes habere potuerunt? Saxo quidem Elector ad Helvetiorum amicitiam propter diversam de S. Cœna sententiam trahi noluit, haud dubie Lutheri consilio: Alii vero ordines & præsertim civitates non leguntur illorum confœderationem reformidasse, sed potius ursisse: teste eodem Sleidano. Itaque frivolum est primum narratum.

De quatuor civitatibus etiam longe aliter res gesta est. Nam testante Sleidano ibidem, civitates illæ,

Calvinista damnarentur, deinceps & ipsos tanquam hæreticos, Papam non recognoſcentes damnandi & excludendi. Hactenus author Autonomiæ. Hiſce profecto teſtimoniis Papiſtarum calumnia, quod ſub Auguſtana Confeſſione receptum quæramus, plus ſatis retunditur.

PUDENDA vero atque effrons nimis audacia eſt iſtius motivæ, quæ à Confeſſionis & pacis communis ſocietate arcere atq; excludere non pertimeſcit eos, quibus DIRECTORIUM in publicis de Religione tractatibus, ipſis Papiſtis fatentibus, jampridem Procerum Proteſtantium conſenſu eſt attributum, jureque debitum.

MOTIVA IV.

QVicunq; cum Calviniſtis in religionis negociis eandem perſonam ſuſtinent, facto ipſo teſtantur, ſe religionem Calvinianam non minus quam ſuam propriam propagare velle, eamque quaſi Auguſtanæ Confeſſioni conformem, & ideo veram rectamque agnoſcere.

RESPONSIO.

PONAMUS Calvinianam (quam vocant) religionem in capitibus aliquibus erroneam eſſe: Non tamen ſequetur id quod ratio iſta prætendit. Cum enim in fundamento fidei conveniamus utrinque, ut ſupra fuit demonſtratum, & motiva ultima magis oſtendetur (quicquid

non

nonnulli contradicant) possumus utique omnes fundamento communi innitentes, optima conscientia in causa religionis stare adversus cõmunem hostem Antichristum: quantumvis media protestatione, pars utraq; alterius fœnum & stipulam (quam fundamento superstruit) neq; approbet, neq; propagare cogitet. Notum est enim, olim quoque sub THEODOSIO Jmp. Orthodoxos cum Novatianis adversus Arianos conjunctim stetisse, saltem quia in fide ὁμουσίῳ consentiebant, quãtumvis illi istorum erroneam doctrinam de pœnitentia & anabaptismo nec probarent, nec propagare parati essent. *Possumus. n. de quibusdam rebus salva charitate & pace dissentire*, ait Augustinus cont. Jul. lib. 1. cap. 2.

Sed hoc misso, nondum *authores motivarum* probarunt, ea doctrinæ nostræ capita, quæ improbant, verbo Dei esse contraria, aut Confessioni Augustanæ dissentanea & erronea. Jtaq; nequaquam vera est rationis huius major propositio, seu hypothesis qua nititur, quod errent aut peccent, quicunq; doctrinam nostram amplectuntur, vel propagare parati sunt: Unde & falsa conclusio est, quod errent & peccent, quicunq; in causa religionis contra Papistas nobiscum stare consentiunt.

MOTIVA V.

CAlvinistæ unione obfirmarentur in erroribus suis, indeq; materiam arriperent ad omnem posteritatem gloriandi, doctrinam & religionem suam à statibus Augustanæ Confessionis approbatam fuisse.

RESPONSIO.

PRIMO nullorum errorum nobis conſcii ſumus. Eſſemus enim plus quam dementes & miſeri, ſi ſcientes volentes errare vellemus. Non error eſt, quidquid iſti erroneum pronunciant. Capita vero, quæ iſti pro erroneis habent, præterquam quod ſupra demonſtravimus, amplius demonſtrare parati ſumus, vel eſſe veriſſima dogmata Theologica, in quibus ipſimet à veritate aberrent, & per nos, ſi aliter nolint, aberrare poſſunt, ſalvo fundamento, ſalvaq; charitatis compage: vel eſſe diſcrepantes quarundam ſcripturarum interpretationes, quæ nec hæreſin faciunt, nec lites excitare debent inter pacis ſtudioſos: vel eſſe articulos falſo nobis impoſitos, quos ipſimet damnamus. De ipſorum vero erroribus juſtior querela nobis eſſe poterat. Dummodo autem fundamentum ſervetur, omnia tranquillitati publicæ condonabimus, illud Apoſtoli nobiſcum reputantes: *Domino ſuo ſtat aut cadit.* Ro.14.4.
1.Cor. 4.12. Et: *Quod ſi quis ædificet ſuper fundamentum hoc aurum, argentum, lapides pretioſos, ligna, fœnum, ſtipulam, cuiuſcunque opus manifeſtum fiet. Dies enim declarabit. Nam per ignem retegetur, & quale ſit cuiuſque opus, ignis probabit, &c. Si cuius opus exuſtum fuerit, damnum faciet; ipſe vero ſervabitur, ſic tamen quaſi per ignem, &c.* Itaque non eſt, quod vereantur, ne unione Evangelicorum facta, nos magis quam ipſimet in erroribus obfirmentur.

Quod SECUNDO loco de noſtra gloriatione metuunt, etiam hoc metu eos liberamus. Gloriationem enim ad poſteritatem de veritate noſtræ doctrinæ non eſt, quod ex hac unione quæramus. Exſtant ſcripta & Acta publica, ex quibus pia poſteritas judicabit, noſtrane an

ipſorum

ipſorum doctrina verbo Dei & veritati magis ſit conſentanea: & *Orthodoxi* an *Lutherani* tranquillitatis & pacis publicæ magis ſint fuerintque ſtudioſi.

DENIQVE non eſt, quod Ordines Auguſtanæ Confeſſionis doctrinam noſtram demum approbent. Jampridem Actis publicis eam ſi non approbarunt, ſaltem improbare aut damnare ex verbo Dei non potuerunt, nec voluerunt, quin imo manifeſte ſępius probarunt: ſalvis controverſiis, in quibus Theologi ipſorum nos errare dictitarunt hactenus, ſed nōdum demonſtrarunt: & de quibus oſtendere in horas parati ſumus, nihil nos à Verbo Dei, & ab Auguſtana Confeſſione ſecundum verbum Dei intellecta, alienum docere aut defendere.

MOTIVA VI.

VNione delinqueretur in ſacroſanctā Religionis pacem, quam inde ab anno 1555. huc uſq; variis Imperii Comitiis Proteſtantes conſtanter, ſyncere & inviolate ſe ſervaturos & perſecuturos eſſe promiſerunt & confirmarunt.

RESPONSIO.

ETIAM hujus rationis aſſumptionem eſſe commentitiam, ex iis quæ ad motivam II. & III. ſunt dicta, manifeſtum eſt. Nondum enim *motivarum authores* demonſtrarūt, doctrinam noſtram minus quam ſuam verbo Dei & Auguſtanę Confeſſioni ſecundum illud intellectę, con-

ſentaneam, minuſq; Religionis pace comprehenſam: aut unquam legitimo judicio eadem excluſam eſſe.

MOTIVA VII.

VNione facta verendum eſt, ne adgravamina Proteſtantium in Comitiis ſæpius propoſita vel nullum vel negativum ſubſequatur reſponſum: Atque à Cæſarea Maieſtate ordines moneantur, ut conſtitutionibus Imperii obſervandis magis invigilent, neve illis, cumprimis ei, quæ de pace religionis eſt, aliquid repugnans committant.

RESPONSIO.

LARVA inanis etiam hæc ratio eſt. Gravamina ordinum maxime poſt Concilium Tridentinum, nominatim anno 1562. & deinceps ſingulis prope comitiis propoſita & repetita fuerunt communi Evangelicorum tam Lutheranorum, quam orthodoxorum nomine, quia tam iſtos, quam illos concernunt, quod etiam UNIO Evangelicorum Principum correſpondentium nuper facta, liquido confirmat. Sicut vero non veriti ſunt, neque verentur Proteſtantes, ne conjunctim offerendo gravamina, in conſtitutiones Imperii & in formulam Pacis Eccleſiaſticæ delinquant: Ita non eſt, quod vereantur, ne ob conjunctionem dudum factam, iniquius reſponſum vel etiam nullum ferant. Neque enim ignorat Cæſare-

Majestas, quid de unione Evangelicorum in comitiis Augustanis anno 1566. fuerit actum: & sæpius postea confirmatum: & à quibus gravamina Majestati suæ fuerint jampridem, & in imperii comitiis exhibita, atque responsum hactenus expectetur.

Quod si omnino contingeret, Imperatorem Papistarum instigatu unionem Evangelicorum causari, hincque responsum nullum vel negativum dare: tamen ne id quidem idonea causa foret, schisma diutius fovendi, & Papistis gladium in manus tradendi, quo non modo ut falso accusatos hæreticos, sed ut vere dictos schismaticos omnes persequantur, & alios post alios tandem absumant.

Sed adeo inanem larva hæc metum ostentat, ut contrarium prorsus ex unione sit expectandum. Imperatoria enim Majestas multo citius ex sententia Protestantibus respondebit, si omnes conjunctos stare, quam si religione diffidentes, factionibus discordes inter se viderit. Ex unione enim major Imperii tranquillitas, quam ex discordia, exspectanda esset.

Verum enimvero demus fieri, quod fortes isti viri metuunt. Num quando hoc fiet, Deus in cœlis vivere desierit? Aut num Christo ad dextram Patris regnante hostes Evangelii potentiores erunt? Est ergo hoc inane terriculum, in cerebro politico-Theologico enatum, & ideo excogitatum, ut Principum oculis glaucoma objiciant, eosque à pacis consiliis absterreant, ne dissidia multis ipsorum valde quæstuosa aliquando comp nantur, scandala horrendum in modum Evangelium Christi deformantia, tandem è medio tollantur, viribusque Evangelicorum conjunctis Antichristi potentiæ obviam eatur.

MOTIVA VIII.

POssent Papistæ causari, & jam quidam eorum non dissimulanter causantur, quod Protestantibus pacem Religionis juratam, & sacro-sancte confirmatam servare amplius nõ teneantur, eo quod cõspiraverint cum illis, qui notorie religionem diversam tuentur.

RESPONSIO.

Io.11.48. HOc est Caiphæ consilium, qui dicebat; *si ita sinamus, omnes ei credent, venientque Romani, & delebunt tum locum nostrum, tum gentem.* Sed glaucoma est simile priori. Quomodo enim Papistæ nunc demum causari hoc poterunt, cum jam pridem in sua Autonomia publice confessi sint, & confirmaverint ipsi, anno 1566. in comitiis Augustanis Protestantes utriusque partis inter se convenisse, & Calvinistas, quos vocant, pro sociis Confessionis à Cæsarea Majestate & Ordinibus reliquis agnitos, paceque religionis comprehensos esse, ut supra ad motivam 11. ostensum est. Et quisnam novus hic fortium istorum virorum metus? Itane sunt hospites in historia præsentis status, ut nesciant, Papistas & Jesuitas palã scriptis jam nuper prodidisse: Lutheranos à Confessionis Augustanæ doctrina non una ratione degenerasse: Et: pacem Religionis Evangelicis ab Jmperatoribus nullo jure datam esse? Temporariam saltem concessam ad usque concilium Tridentinum? inposterum nullam & invigorosam esse. Legant,

quæ-

quæso, Prognosten PAULUM VVINDECK: *Non repugno* (inquit ille in Prognostico futuri status Ecclesiæ, h.e. ruituri Evangelii, & mansuri Papatus, pag. 313.) *quin factum fuerit: sed quo iure, ipsi (Augustissimi Imperatores, Carolus, Ferdinandus, Maximilianus, Rudolfus) causam dicant, qui hoc concesserunt.* Et pag. 324. *Constat ex eo edicto, Cæsarem pacem dedisse Protestantibus tantum adusq; Concilii tempus, quo dissidium sanari posset.* Et pag. 328. AUGUSTANA *Confessio* TOLERATUR *ad vitandum maius malum (sicuti alicubi lupanaria)* Et ibidem: *Hæc* LEX *(de pace religionis) in conventu quodam Passaviensi assentientibus plerisque Imperii Ordinibus sancita esse dicitur* (fides suspecta huic authori) *quæ tantisper servanda esset, donec per Concilii canones tum nondum promulgatos, quid in controversiis fidei sequendum, quid fugiendum esset, omnibus liquido constaret.* Et in margine: *Confessio Augustana* TOLERATA TANTUM *ad Concilii Tridentini exitum.* Et mox: *Conciliorum decreta liberam religionem nemini indulgent, sed Protestantibus tantum* MORATORIUM, DILATIONEM, & TOLERANTIAM *concedunt. Hæc ille.* Videtis, quid causentur Papistæ.

NEC est, quod istam paucorum sanguinariorum vocem esse excipiatis, & dicterio eludatis: **Es ligt nicht an der hunde heulen/daß die Pferde sterben.** Vetus & communis est omnium Papistarum hæc cantilena, quotidianis hactenus firmata exemplis, de pace Religionis post Concilium Tridentinum irrita, nec amplius servanda. Sed nec multum tam perfida cantilena curanda est Protestantibus, modo veritatem & pacem diligant, & scholasticas Theologorum rixas authoritate sua coherceant. *Myl. prodr. thes. 204.*

SI IN praxi Ecclesiæ hactenus erratum aut peccatum aliquid fuit, (utrum enim omnia ad lineam sint gesta dubitari posset) id sane non pro regula allegandum, sed corrigendum fuerat, potiusque contendendum, quid verbum Dei, quidque ædificatio Ecclesiæ in præsens postulet. Quo loco enim praxis Ecclesiæ etiam vetustioris habeatur ab ipsis & à nobis, quoties Papistæ ad eam provocant, notum est. Sed valeat sane, quantum potest à praxi Ecclesiæ ductum argumentum. NEGATUR praxin talem omnino fuisse, qualem authores motivarum referunt. Quædam enim longe secius actitata fuisse, supra ad motivam II. & III. ostensum fuit: nunc vero apertius ostendam.

PRIMO si verum isti dicunt, Protestantes Helvetiis confœderationem diu flagitatam constanter negasse, quomodo laudatissimus & Protestantium facile primus princeps PHILIPPUS Landgravius Hassiæ, mox anno *1530.* post confessionem Augustæ exhibitam & soluta comitia, cum Tigurinis, Basiliensibus, atque Argentinensibus confœderationem iniit? Testis *Sleidanus lib.7*. Hoc si verum est: illud profecto falsum. Sed ponamus hoc factum non esse: an causam aliam nullam recusandi fœderis cum Helvetiis, quam religionis diversitatem Protestantes habere potuerunt? Saxo quidem Elector ad Helvetiorum amicitiam propter diversam de S. Cœna sententiam trahi noluit, haud dubie Lutheri consilio: Alii vero ordines & præsertim civitates non leguntur illorum confœderationem reformidasse, sed potius ursisse: teste eodem Sleidano, Itaque frivolum est primum narratum.

DE QVATUOR civitatibus etiam longe aliter res gesta est. Nam testante Sleidano ibidem, civitates illæ,

non obstante confessione propria, eo ipso anno 1530. Smalcaldiæ à fœdere Ordinum Evangelicorum (quod Smalcaldicum postea vocarunt) minime exclusæ fuerũt. Verum quidem est, Imperatorem, ea re cognita, offensum serio edixisse, ne Principes Protestantes cum Zwinglianis, (quos legati Cæsaris sic appellabant) confœderationes facerent. Quorsum vero? Non quod magis Protestantium, quam Helvetiorum vel Zwinglianorum causam Cæsar probaret, sed quia verebatur, ne Protestantes cum HELVETIIS conjuncti Papistis essent magis formidabiles. Itaque hoc agebat suis edictis, ut Evangelicos divelleret, divulsos facilius opprimeret. Non dissimulavit hoc *prognostes* VVINDECK in suo Tribunitio Prognostico, ut supra cap. XI. patuit. Nec tacuit id Sleidanus, cujus verba hæc sunt: *In postulatis illud primum de Zwinglianis eo spectabat, ut Principes à plerisque Civitatibus divellerentur.* Has artes Papistarum si authores motivarum necdum hodie intelligunt, nimis sunt simplices: si intelligere nolunt, suo malo sero sapient. PORRO cum Legati Cæsaris biennio post, anno videlicet 1532. Swinfurti Principes à fœderatione cum quatuor Civitatibus avertissent, quid factum? An ut reciperentur in fœdus Civitates, confessionem suam abiecerunt? Nequaquam. Audiatur Sleidanus historicus fide dignus, ibidem sic scribens: *Cum Argentinenses & Sueviæ Civitates aliquot dogma suum de Cæna Domini propositum, in Comitiis Augustæ copiosius tunc explicassent: recepta fuit à Saxonibus ipsorum interpretatio.* Non dicit: *Cum abnegassent confessionem suam, sed cum eandem copiosius explicassent.* Cur explicatio hodie locum non habebit? Exstat quoque BUCERI ad Bonifacium LYCOSTHENEM Augustanæ Ecclesiæ Concionatorem eo anno, de transactione epistola, qua expresse scribit, Ci-

Trog. pa. 232. 412. 414. 416 Sleid. lib. 8.

vitates *Swinfurti* aperte teſtatas eſſe, à ſua confeſſione ſe nequaquam receſſuras. Et *Concordia* Wittebergenſis, quadriennio poſt inſtituta, *Motores* redarguit. Ea enim nihil opus fuiſſet (quantum ad quatuor Civitates) ſiquidem hæ, Confeſſione ſua abjecta, ſententiam Saxonum prius ſimpliciter amplexæ fuiſſent.

DE ZELO denique Principum quod adfertur, adeo cauſæ iſtorum non ſervit, ut maxime repugnet. Acta enim publica conventuum omnium teſtantur, Electores & Principes Proteſtantes cum Civitatibus confœderatis unionem conſtanter ſervaſſe, ſæpiuſq; renovaſſe. *Norimbergæ* anno 1537. *Smalcaldiæ* anno 1537. *Francoforti* anno 1539. idemque colloquia à conjunctis Theologis Evangelicis cum Papiſtis inſtituta, W*ormatiæ* anno 1540. *Ratisbonæ* anno 1541. (in quo *Calvinus* ipſe *Melanchthonis* & Evangelicorum fuit προστάτης) *Spiræ* anno 1544. & plura alia confirmant.

QUANQVAM autem diſſidium de S. Cœna poſt concordiam initam per *Lutheri* parvam Confeſſionem, & poſt bellum Smalcaldicum per W*eſtfalum* fuerit renovatum: *Flaciani* item in colloquio *VVormatienſi* anno 1557. & in *Naumburgico* conventu anno 1561. condemnationes Helveticarum & Gallicarum Eccleſiarum Theologis moderatioribus atque Principibus extorquere modis omnibus conati fuerint: tamen his non obſtantibus, Principes Proteſtantes Chriſtiana συμπαθείᾳ ducti, pro afflictiſſimis Galliæ Eccleſiis (quas Flaciani Calvinianas vocabant) apud regem Franciæ & Ducem Lotharingiæ liberaliſſime, non ſemel nec fruſtra per literas & legatos interceſſerunt.

QUÆ cum ita ſe habeant, mirum profecto, qua conſcientia motivarum authores, ad impediendam Eccle-

siarum conjunctionem & pacem, praxin & zelum statuum Augustanæ Confessionis allegare ausint.

MOTIVA X.

QVod si Autonomia seu libertas religionis in Collegiis Episcopalibus & Canonicis opera & auxilio Calvinistarum obtinenda esset, (quæ tamen hac via vix obtinebitur) sanè nec gratum Deo nec utile Ecclesiæ officium præstaretur: siquidem pro Papatu errores alii æque graves in collegia inveherētur: Et Calvinistæ, si tandem nobis prævalerent, non magis, quam nunc Papistæ faciunt, nos in collegia admissuri essent.

RESPONSIO.

AUTONOMIA (de qua isti loquuntur) quovis tempore à conjunctis Evangelicis statibus petita est atq; postulata, teste *Autonomia* supra ad mot. 11 r. allegata, neque propter Calvinistas (quos vocant) plus minusve hāctenus obtentum fuit, aut deinceps obtinebitur. Nititur itaque hæc ratio admodum dubio eventu: & insimulatione falsa toties repetita errorum, quos nequaquam agnoscimus. Quod vero boni isti viri, qui forte nidorē culinarum collegiatarum naribus degustaverunt, metuunt, ne à Calvinistis non admittantur, præmaturum est, & valde ridiculum. Verentur enim, ne si quando impetretur auto-

nomia, nemo tunc sit, qui ius dicat aut faciat. Nimis ergo & conscientiam trepidam, & cor invidum cum stolida sua sapientia, motiva hac produnt.

MOTIVA XI.

STulte apud Imperatoriam Maiestatem peteretur relaxatio, vel mitigatio gravaminum sæpius propositorum, unione facta cum illis, qui Augustanæ Confessioni addictos subditos & concionatores in ditionibus suis nec ferunt, nec tolerant: sed æque atque Pontificij eos persequuntur, & tãquam condemnatos eijciunt.

RESPONSIO.

NEscio stulta sit hæc ratio, an malitiosa criminatio. Quenquam ea causa, quod Augustanæ Confessioni sit addictus (cui & nosmet juxta sacras literas intellectæ addictos profitemur) à nostris vel ejectum, vel non toleratum hactenus esse, prorsus falsa querela est. Res siquidem ipsa loquitur, & qui statum nostrum norunt, testari contra hos possunt, illis, qui inter nos opinionem UBIQUITATIS, & oralis manducationis carnis Christi (quam isti titulo *Augustanæ Confessionis* populariter quidem, sed non vere insigniunt) adhuc sequuntur, nihil prorsus molestiæ creari, sed Christiana patientia tolerari, & fraterne institui, juxta Apostoli præceptũ: *Infirmum in fide suscipite.* Rõ. 14.1.

Imo

imo pariter cum Orthodoxis ad honores & dignitates admitti ac promoveri. Vtinam parem ἐπιείκειαν nostris illi præstarent.

AD CONCIONATORES quod attinet, turbulenti quidam Stentores annis ab hinc XXX. in Palatinatu Electorali dimissi fuerunt: ditione nequaquam ejecti nec dimissi, quod *Augustanæ Confessioni* addicti essent, sed quod pro Clementissimo suo Principe legitimo, D. JO. CASIMIRO, Palatinatus Electoralis Administratore preces publicas in templis concipere: eiusdemq; Mandato pio & æquissimo de non calumniando, sed de Evangelio ad ædificationem prædicando sine acerbitate, deq; controversiis necessariis modeste & absq; virulentia ad populum tractandis, obtemperare recusarent, & cum pastoribus orthodoxis, qui eorum opinioni de UBIQUITATE atque convitiis consuetis legitime contradicebant, nec placide conferre, nec pacem ullam colere vellent, quemadmodum ex Actis illius temporis vere demonstrari potest. Hæc iustane fuerit dimissionis caussa, & an Tribunitii illi rabulæ ferri diutius potuerint in Ecclesiis, omnium sanorum atque prudentum judicia subire in hoc non veremur. Itaque hæc etiam ratio falsa nitens criminatione, nulla prorsus est.

MOTIVA XII.

EXiguam Protestantes inituri essent gratiam, imo execrationes potius & gemitus adversum se excitaturi apud eos, qui inter Calvinianos habitant, & à Statibus Augustanæ confessionis brevi sese liberandos, & Calvinis-

ſmum abolendum eſſe confidunt, ſerioq; exſpectant, ſiquidem iſti auditione perciperent, eos cum Calviniſtis eandem iam tibiam inflare, & quinq;, quod dicitur, eſſe paria concedere: quo facto, ſane turbis & motib. haud exiguis in Eccleſia Dei apud Chriſtianos infirmos anſa cauſaque præberetur.

RESPONSIO.

HÆc ratio falſitatis arguit priorem. Si enim verum eſt, multos adhuc Ubiquitarios inter nos habitare: falſum utique, quod prior ratio dixerat, *nos eos in ditionibus noſtris non ferre nec tolerare, ſed more Papiſtarum perſequi & eijcere.*

QUIN & malitioſa criminatione nititur. Neque enim illis, qui inter nos falſam UBIQUITATIS opinionem (quam nullus Papiſta credit, quæque nec verbo Dei nec *Auguſtanæ confeſſioni* eſt conſentanea) mordicus adhuc retinent, & Chriſtum poſt aſcenſum in cœlum ore potius in elemento panis, quam fide in cœlo ad dextram Dei quærunt, ulla moleſtia creatur, aut negocium propterea faceſſitur: cuius rei teſtes ipſoſmet appellare poſſumus. Nullam igitur ſuſpirandi aut gemẽdi quaſi ſub jugo, cauſam habent, ut iſti fingunt: eoque non obſcure ſingularis cuiuſdam tyrannidis nos accuſant, nec diſſimulanter id agunt, ut ſubditos adverſus legitimum ſuum Magiſtratum concitent, vel ſaltem auribus eorum inſuſurrent, eos externis potius Principibus, quam propriis Magiſtratibus addictos eſſe atque fidere debere: quæ techna profe-

cto laudatissimis Principibus Protestantibus (quæ eorum est prudentia & Pietas) probari nulla ratione poterit.

ET QVID, quæso, est, cur Ordines Evangelici huius vel illius privati exsecrationes vel laudes multum moreãtur, si longe gravioribus de causis coitionem adversus ANTICHRISTUM Romanum necessariam esse intelligant? Cogentne vero privatos, & suspiria excitabunt? Nequaquam. Potest coitio fieri & concordia foveri in fundamento fidei, quantumvis discrepantes sententiæ de quibusdam minus principalibus capitibus utrinq; interim maneant, & Christiana ἐπιεικεία tolerentur, donec de iis commode transigi etiam possit. Neque sane nos magis cum *Motoribus* eandem Ubiquitatis & oralis manducationis tibiam inflabimus, aut quinq; esse paria concedemus: quam ipsi de spirituali sola salvifica κοινωνία corporis Christi, deque vero usu Sacramenti idem nobiscum, imo cum Scriptura & Augustana Confessione inflare cornu, vel quinque esse paria admittere volunt.

MOTIVA XIII.

NEque vero Calvinistæ potißimum de nostra aßistentia, sed de eo laborant, quomodo paulatim pacem Religionis ad sese trahant, nos vero eadem excludant: quod ipsum circa Augustanam Confeßionem egerunt, tantumq; apud multos perfecerunt, ut contra publicam historiarum & actorum fidem sese solos

vera

vera Augustanæ Confeßionis membra esse sint gloriati, nosque ab eadem per vim depellere conentur.

RESPONSIO.

HÆc ratio non dissimilem prioribus II. III. V. VI. VIII. & X. canit cantilenam, partim vera, partim falsa. Quod enim non potissimum de ipsorum, imo hominum quorumcunque assistentia in hoc unionis negocio laboremus, verissime dicunt: quandoquidem purior doctrina de persona Christi, de Sacramentis, vel hostium omnium ingratiis, miranda Dei assistentia hactenus non solum incolumis mansit, sed & caput longe lateque extulit, atque ad varias sese nationes diffudit. Id vero est, de quo non nos modo laboramus, sed proculdubio pij & cordati omnes in hoc negocio potissimum laborandum esse intelligunt, ut omnium quotquot sunt, intra vel extra Imperium Romanum, Evangelicorum Ordinum atque Theologorum pia veraque coitione tandem aliquando facta, horribile schisma atque exitialis discordia tollatur, cursus Evangelij Evangelicorum culpa diutius non impediatur, sed ubique locorum tanto expeditius promoveatur, calumniæ Papistarum de BELLO QVINTI EVANGELII (qualibus chartas suas famosas integrosque libros complent) ipsa veritate retundantur: denique tyrannidi ANTICHRISTI Romani, cujus potentia hactenus nulla re magis, quam nostra discordia crevit, indiesque crescit in Imperio Romano, ubi videmus modo hanc, modo illam civitatem, ditionem, provinciam dolo & armis, nullo habito discrimine, Lutherani an Cal-

viniani ibi fuerint, sub jugum ejus iterum cogi (cujus rei Francia Orientalis, Austria, Stiria, Carinthia, Ungaria, Troppavia, Donawerda, &c. documento omnibus esse possunt) conjunctis votis, consiliis, actibusque tanto fortius atque temporius obviari queat, priusquam res singulorum eo redeant, ut sero illud fatuorum deploremus:

——————Hem! quo discordia cives
Perduxit miseros?

Has, inquam, difficultates, hæcque instantia pericula Ecclesiarum Evangelicarum Germaniæ vicinarumque nationum, si isti majori sobrietate ponderarent: missas utique facerent pueriles nugas & terricula, ne Calviniani paci religionis aut Augustanæ Confessioni sese ingerant, Lutheranos eadem depellant. Quod enim hoc agamus, & quidem contra publicam Actorum & historiarum fidem: aperte falsa criminatio est. Acta publica sunt in omnium manibus. Sufficit nobis, nos esse vera membra Domini nostri Jesu Christi, & veræ Ecclesiæ, quæ est corpus ejus. *Motores* vero præstaret hoc agere, quomodo Confessione Prophetica & Apostolica non depellerentur, aut exciderent, quam quomodo sub Augustanæ Cōfessionis titulo, quævis παράδοξα tuerentur, compendia sua quærerent, Ecclesiæ pacem impedirent.

MOTIVA XIV.

ET quanquam nonnulli mundana imbuti sapientia prætendant, Germaniæ dilectißimæ patriæ nostræ INTERESSE, *coniunctionem*

toties à Calviniſtis efflagitatam vel idcirco tandem fieri, quo Papiſtis tanto fortius reſiſti queat: non tamen hoc eſt niſi carnale & mundanum Conſilium: quod in cauſis religionis merito attendi non debet. Neq; enim facienda ſunt mala, ut eveniant bona. Dei gratia, auxilium atq; defenſio hac via non obtinebitur. Quamdiu Jſraelitæ purum Dei *cultum retinerent, nihil ab hoſtibus periculi erat. Quoties vero non recto pede veritatis incederent, præſto eis erat, ut hoſtibus præda fierent.*

RESPONSIO.

RATIONEM hanc partim à Conſultore POLITICO, mundana imbuto ſapientia, partim à THEOLOGO prava corrupto inſtitutione & affectu, conflatam eſſe, ſtylus & res arguit. Sed errat uterque. POLITICUS labitur in eo, quod, pericula Eccleſiarum Evangelicarum modo enumerata arbitratur non eſſe vera pericula, ſed prætenſam duntaxat conjunctionis cauſam. Huic igitur majorem rerum Eccleſiæ peritiam optarim. Nam ad magiſtram ſtultorum experientiam eum relegare nolim, cum ſera omnibuſque pernicioſa futura eſſet inde petita reſipiſcentia.

THEOLOGUS vero male ſive inſtitutus ſive in Eccleſiam affectus, bis halucinatur. *Primum* in eo, quod à mundana tantum ſapientia imbutis, & quidem, qui noſtra

vitates *Swinfurti* aperte testatas esse, à sua confessione se nequaquam recessuras. Et *Concordia* Wittebergensis, quadriennio post instituta, *Motores* redarguit. Ea enim nihil opus fuisset (quantum ad quatuor Civitates) siquidem hæ, Confessione sua abjecta, sententiam Saxonum prius simpliciter amplexæ fuissent.

DE ZELO denique Principum quod adfertur, adeo causæ istorum non servit, ut maxime repugnet. Acta enim publica conventuum omnium testantur, Electores & Principes Protestantes cum Civitatibus confœderatis unionem constanter servasse, sæpiusq; renovasse. *Norimbergæ* anno 1537. *Smalcaldiæ* anno 1537. *Francoforti* anno 1539. idemque colloquia à conjunctis Theologis Evangelicis cum Papistis instituta, *Wormatiæ* anno 1540. *Ratisbonæ* anno 1541. (in quo *Calvinus* ipse *Melanchthonis* & Evangelicorum fuit συνασπιστής) *Spiræ* anno 1544. & plura alia confirmant.

QUANQUAM autem dissidium de S. Cœna post concordiam initam per *Lutheri* parvam Confessionem, & post bellum Smalcaldicum per *Westfalum* fuerit renovatum: *Flaciani* item in colloquio *Wormatiensi* anno 1557. & in *Naumburgico* conventu anno 1561. condemnationes Helveticarum & Gallicarum Ecclesiarum Theologis moderatioribus atque Principibus extorquere modis omnibus conati fuerint: tamen his non obstantibus, Principes Protestantes Christiana συμπαθείᾳ ducti, pro afflictissimis Galliæ Ecclesiis (quas Flaciani Calvinianas vocabant) apud regem Franciæ & Ducem Lotharingiæ liberalissime, non semel nec frustra per literas & legatos intercesserunt.

QUÆ cum ita se habeant, mirum profecto, qua conscientia motivarum authores, ad impediendam Eccle-

nomia, nemo tunc ſit, qui ius dicat aut faciat. Nimis ergo & conſcientiam trepidam, & cor invidum cum ſtolida ſua ſapientia, motiva hac produnt.

MOTIVA XI.

STulte apud Imperatoriam Maieſtatem peteretur relaxatio, vel mitigatio gravaminum ſæpius propoſitorum, unione facta cum illis, qui Auguſtanæ Confeßioni addictos ſubditos & concionatores in ditionibus ſuis nec ferunt, nec tolerant: ſed æque atque Pontificij eos perſequuntur, & tãquam condemnatos eijciunt.

RESPONSIO.

NEscio ſtulta ſit hæc ratio, an malitioſa criminatio. Quenquam ea cauſa, quod Auguſtanæ Confeſſioni ſit addictus (cui & nóſmet juxta ſacras literas intellectæ addictos profitemur) à noſtris vel ejectum, vel non toleratum hactenus eſſe, prorſus falſa querela eſt. Res ſiquidem ipſa loquitur, & qui ſtatum noſtrum norunt, teſtari contra hos poſſunt, illis, qui inter nos opinionem UBIQUITATIS, & oralis manducationis carnis Chriſti (quam iſti titulo *Auguſtanæ Confeßionis* populariter quidem, ſed non vere inſigniunt) adhuc ſequuntur, nihil prorſus moleſtiæ creari, ſed Chriſtiana patientia tolerari, & fraterne inſtitui, juxta Apoſtoli præceptũ: *Infirmum in fide ſuſcipite.* Ro. 14. 1.

Imo

imo pariter cum Orthodoxis ad honores & dignitates admitti ac promoveri. Vtinam parem ἐπιείκειαν nostris illi præstarent.

AD CONCIONATORES quod attinet, turbulenti quidam Stentores annis ab hinc XXX. in Palatinatu Electorali dimissi fuerunt: ditione nequaquam ejecti nec dimissi, quod *Augustanæ Confessioni* addicti essent, sed quod pro Clementissimo suo Principe legitimo, D. JO. CASIMIRO, Palatinatus Electoralis Administratore preces publicas in templis concipere: eiusdemq; Mandato pio & æquissimo de non calumniando, sed de Evangelio ad ædificationem prædicando sine acerbitate, deq; controversiis necessariis modeste & absq; virulentia ad populum tractandis, obtemperare recusarent, & cum pastoribus orthodoxis, qui eorum opinioni de UBIQUITATE atque convitiis consuetis legitime contradicebant, nec placide conferre, nec pacem ullam colere vellent, quemadmodum ex Actis illius temporis vere demonstrari potest. Hæc iustane fuerit dimissionis caussa, & an Tribunitii illi rabulæ ferri diutius potuerint in Ecclesiis, omnium sanorum atque prudentum judicia subire in hoc non veremur. Itaque hæc etiam ratio falsa nitens criminatione, nulla prorsus est.

MOTIVA XII.

EXiguam Protestantes inituri essent gratiam, imo execrationes potius & gemitus adversum se excitaturi apud eos, qui inter Calvinianos habitant, & à Statibus Augustanæ confessionis brevi sese liberandos, & Calvinis-

ſmum abolendum eſſe confidunt, ſerioq; exſpectant, ſiquidem iſti auditione perciperent, eos cum Calviniſtis eandem iam tibiam inflare, & quinq;, quod dicitur, eſſe paria concedere: quo facto, ſane turbis & motib. haud exiguis in Eccleſia Dei apud Chriſtianos infirmos anſa cauſaque præberetur.

RESPONSIO.

HÆc ratio falſitatis arguit priorem. Si enim verum eſt, multos adhuc Ubiquitarios inter nos habitare: falſum utique, quod prior ratio dixerat, *nos eos in ditionibus noſtris non ferre nec tolerare, ſed more Papiſtarum perſequi & eijcere.*

QUIN & malitioſa criminatione nititur. Neque enim illis, qui inter nos falſam UBIQUITATIS opinionem (quam nullus Papiſta credit, quæque nec verbo Dei nec *Auguſtanæ confeßioni* eſt conſentanea) mordicus adhuc retinent, & Chriſtum poſt aſcenſum in cœlum ore potius in elemento panis, quam fide in cœlo ad dextram Dei quærunt, ulla moleſtia creatur, aut negocium propterea faceſſitur: cuius rei teſtes ipſoſmet appellare poſſumus. Nullam igitur ſuſpirandi aut gemēdi quaſi ſub jugo, cauſam habent, ut iſti fingunt: eoque non obſcure ſingularis cuiuſdam tyrannidis nos accuſant, nec diſſimulanter id agunt, ut ſubditos adverſus legitimum ſuum Magiſtratum concitent, vel ſaltem auribus eorum inſuſurrent, eos externis potius Principibus, quam propriis Magiſtratibus addictos eſſe atque fidere debere: quæ techna profe-

cto laudatissimis Principibus Protestantibus(quæ eorum est prudentia & Pietas)probari nulla ratione poterit.

Et quid, quæso,est,cur Ordines Evangelici huius vel illius privati exsecrationes vel laudes multum moretur, si longe gravioribus de causis coitionem adversus Antichristum Romanum necessariam esse intelligant?Cogentne vero privatos,& suspiria excitabunt?Nequaquam. Potest coitio fieri & concordia foveri in fundamento fidei, quantumvis discrepantes sententiæ de quibusdam minus principalibus capitibus utrinq; interim maneant, & Christiana ἐπιεικεία tolerentur, donec de iis commode transigi etiam possit. Neque sane nos magis cum *Motoribus* eandem Ubiquitatis & oralis manducationis tibiam inflabimus, aut quinq; esse paria concedemus:quam ipsi de spirituali sola salvifica κοινωνία corporis Christi,deque vero usu Sacramenti idem nobiscum, imo cum Scriptura & Augustana Confessione inflare cornu, vel quinque esse paria admittere volunt.

MOTIVA XIII.

NEque vero Calvinistæ potissimum de nostra assistentia, sed de eo laborant, quomodo paulatim pacem Religionis ad sese trahant, nos vero eadem excludant: quod ipsum circa Augustanam Confessionem egerunt, tantumq; apud multos perfecerunt, ut contra publicam historiarum & actorum fidem sese solos

vera Augustanæ Confessionis membra esse sint gloriati, nosque ab eadem per vim depellere conentur.

RESPONSIO.

HÆc ratio non dissimilem prioribus II. III. V. VI. VIII. & X. canit cantilenam, partim vera, partim falsa. Quod enim non potissimum de ipsorum, imo hominum quorumcunque assistentia in hoc unionis negocio laboremus, verissime dicunt: quandoquidem purior doctrina de persona Christi, de Sacramentis, vel hostium omnium ingratiis, miranda Dei assistentia hactenus non solum incolumis mansit, sed & caput longe lateque extulit, atque ad varias sese nationes diffudit. Id vero est, de quo non nos modo laboramus, sed proculdubio pij & cordati omnes in hoc negocio potissimum laborandum esse intelligunt, ut omnium quotquot sunt, intra vel extra Imperium Romanum, Evangelicorum Ordinum atque Theologorum pia veraque coitione tandem aliquando facta, horribile schisma atque exitialis discordia tollatur, cursus Evangelij Evangelicorum culpa diutius non impediatur, sed ubique locorum tanto expeditius promoveatur, calumniæ Papistarum de BELLO QUINTI EVANGELII (qualibus chartas suas famosas integrosque libros complent) ipsa veritate retundantur: denique tyrannidi ANTICHRISTI Romani, cujus potentia hactenus nulla re magis, quam nostra discordia crevit, indiesque crescit in Imperio Romano, ubi videmus modo hanc, modo illam civitatem, ditionem, provinciam dolo & armis, nullo habito discrimine, Lutherani an Cal-

viniani ibi fuerint, subjugum ejus iterum cogi (cujus rei Francia Orientalis, Austria, Stiria, Carinthia, Ungaria, Troppavia, Donawerda, &c. documento omnibus esse possunt) conjunctis votis, consiliis, actibusque tanto fortius atque temporius obviari queat, priusquam res singulorum eo redeant, ut sero illud fatuorum deploremus:

> ———————*Hem! quo discordia cives*
> *Perduxit miseros?*

Has, inquam, difficultates, hæcque instantia pericula Ecclesiarum Evangelicarum Germaniæ vicinarumque nationum, si isti majori sobrietate ponderarent: missas utique facerent pueriles nugas & terricula, ne Calviniani paci religionis aut Augustanæ Confessioni sese ingerant, Lutheranos eadem depellant. Quod enim hoc agamus, & quidem contra publicam Actorum & historiarum fidem: aperte falsa criminatio est. Acta publica sunt in omnium manibus. Sufficit nobis, nos esse vera membra Domini nostri Jesu Christi, & veræ Ecclesiæ, quæ est corpus ejus. *Motores* vero præstaret hoc agere, quomodo Confessione Prophetica & Apostolica non depellerentur, aut exciderent, quam quomodo sub Augustanæ Cōfessionis titulo, quævis παράδοξα tuerentur, compendia sua quærerent, Ecclesiæ pacem impedirent.

MOTIVA XIV.

ET quanquam nonnulli mundana imbuti sapientia prætendant, Germaniæ dilectissimæ patriæ nostræ INTERESSE, *coniunctionem*

toties à Calvinistis efflagitatam vel idcirco tandem fieri, quo Papistis tanto fortius resisti queat: non tamen hoc est nisi carnale & mundanum Consilium: quod in causis religionis merito attendi non debet. Neq; enim facienda sunt mala, ut eveniant bona. Dei gratia, auxilium atq; defensio hac via non obtinebitur. Quamdiu Israelitæ purum Dei cultum retinerent, nihil ab hostibus periculi erat. Quoties vero non recto pede veritatis incederent, præsto eis erat, ut hostibus præda fierent.

RESPONSIO.

RATIONEM hanc partim à Consultore POLITICO, mundana imbuto sapientia, partim à THEOLOGO prava corrupto institutione & affectu, conflatam esse, stylus & res arguit. Sed errat uterque. POLITICUS labitur in eo, quod, pericula Ecclesiarum Evangelicarum modo enumerata arbitratur non esse vera pericula, sed prætensam duntaxat conjunctionis causam. Huic igitur majorem rerum Ecclesiæ peritiam optarim. Nam ad magistram stultorum experientiam eum relegare nolim, cum sera omnibusque perniciosa futura esset inde petita resipiscentia.

THEOLOGUS vero male sive institutus sive in Ecclesiam affectus, bis halucinatur. *Primum* in eo, quod à mundana tantum sapientia imbutis, & quidem, qui nostra-

rum sint partium, conjunctionem efflagitatam esse dictitat. Tot sane Acta totque colloquia de Evangelicorum concordia jam inde à superioris seculi anno XXIX. longe diversum testantur, nempe non modo à nonnullis carnali sapientia imbutis, sed à plurimis præclara pietate, virtute, & doctrina præstantibus viris, Principibus juxta atque Theologis utriusque partis de conjunctione hac laboratum fuisse. *Deinde* tametsi verum sit, carnale & mundanum consilium in religionis negocio audiendum non esse: falsum tamen subsumit, quod Statuum atq; Ecclesiarum Evangelicarum conjunctionem pro carnali & mundano habet consilio. Quod enim mandato Dei, juxta verbum Dei, ad gloriam Dei, & ad ædificationem Ecclesię Dei consulitur, factuq; necessarium Christiana prudentia judicatur: id carnale, aut mundanum consilium dici absq; impia stoliditate non potest. Atqui conjunctionem Evangelicorum, qua de agitur, summe necessariam esse suadent ac judicant omnes pij & prudentes viri, non privato inducti compendio, sed propter expressum Dei mandatum, verbum & gloriam, & propter afflictissimæ Ecclesiæ pacem. Mandatum Dei, ut fideles in fide & charitate invicem conjuncti vivant, & adversus regnum Antichristi vota, consilia, studiaque conjungant, gravissimum est apud prophetam Zachariam: *Veritatem & pacem diligite.* Et ad Corinthios dicit Apostolus: *Ne sint inter vos dissidia, sed coagmentati eadem mente & sententia.* Et ad Ephesios: *Cum* omni *modestia ac mansuetudine, cum animi lenitate tolerate* alii *alios per charitatem, ac servare studete unitatem spiritus per vinculum pacis.* Juxta Dei verbum de fundaméto doctrinæ consensum inter nos esse non dubitamus: de doctrinis superstructis juxta regulam verbi divini judiciū fieri cupimus. Ut id fiat, & dum fiat, unitatem spiri-

Zac. 8. 19. 1. Cor. 1. 10. Eph. 4. 3.

tus

tus per vinculum pacis in manſuetudine, tolerantia & charitate mutua neceſſariam nobis eſſe, res ipſa loquitur, ædificatio Eccleſiæ flagitat. Qua igitur ſpecie, quove jure carnale aut mundanum hocce conſilium appellabitur?

EXCIPIUNT, prius conveniri oportere in doctrina, nec ſe bona conſcientia poſſe concordes nobiſcum eſſe, nolve tolerare, niſi abjuratis erroribus, in omnibus omnino Theologiæ locis & apicibus ipſis ſimus ὁμόψηφοι.

AD hoc vero tam rigidis & conſcientioſis Theologis reſponſum eſt capite præcedente: & ſupra motiva II. & IV: nuncque iterum reſpondetur paucis.

PRIMO ſcire debent, aliud eſſe bonam conſcientiam, aliud pravum affectum: & affectum pro conſcientia obtendere non eſſe ſpiritualium Theologorum, ſed carnalium hominum. *Bona conſcientia* regula Chriſtianis eſt eadem, quæ fidei. Regula autem unica eſt verbum Dei. Hoc ubi conjunctionem non modo patitur, ſed poſtulat, conſcientia hominum fruſtra prætexitur. DEINDE qui in fundamento conveniunt, ij bona conſcientia coitionem facere poſſunt & debent quantumvis in minus principalibus aliqui nimium ſcientioſi ab aliis rudioribus differenter ſentiant. Si enim omnes per omnia conſentire poſſent, quorſum hortaretur Apoſtolus, ut alii alios tolerent, ut firmi fide infirmos ſuſcipiant, ut alij aliorum onera portent, ut ſi quis quid aliter ſentit, à Deo revelationem petat & exſpectet? Optanda quidem erat plena in omnibus ὁμόνοια & conſenſus. Verum in tanta rerum humanarum fragilitate vix unquam Eccleſiæ data fuit, vixque ſperanda videtur talis felicitas. Sufficiat igitur nunc, in fundamentalib. adverſus ANTICHRISTUM nos ſimul ſtare poſſe. De conſenſu in reliquis, quantum fert humana infirmitas, laboremus nec deſperemus, neq; illi

nobis

nobis errores aut blaſphemias obijciant, quas in æter num probare non poterunt. Sancitus fuerat conſenſus ſeculo ſuperiore *Marpurgi* & *Witteberga*. Redintegren tur acta concordiæ, & ſemotis utrinque pravis affectibus, animi invidia, φιλονεικίᾳ & ambitione vacui, gloriæ vero Dei, veritatis & pacis cupidi ad actiones publicas, ad colloquia, ad ſynodos afferantur: & tũc à Deo ſpiritum veritatis, pacis & concordiæ ardentibus votis omnes petamus. Nihil profecto tunc erit, quod conjunctionem diutius impedire poſſit.

PORRO Apoſtoli regula nota & veriſſima eſt: *non eſſe facienda mala, ut eveniant bona:* Sed male ab iſtis huc adfertur. Neque enim quiſquam bene ſanus homo dixerit, contentiones Theologorum compeſcere, atque ad mutuam concordiam vel tolerantiam & charitatem partes diſſidentes traducere, ut Antichriſtianis anſa calumniádi præcidatur, ſcandala caveantur, vulnera Eccleſiæ laceræ tandem ſanentur, pax & charitas poſtliminio reſtituatur, curſuſque Evangelij inoffenſo pede longe lateque promoveatur: idem eſſe, quod facere malum, ut eveniat bonum. Falſa proinde illatio eſt, quod unio Evangelicorum ad gratiam & opem divinam impetrandam nihil ſit profutura.

EXEMPLUM quoque Jſraelitarum verum eſt; ſed perperam huc allegatur. *Iſraelitæ* enim non recto pede veritatis incedebant, meritoque luebant, quoties cum cultu veri Dei cultum idolorum & vitulorum conjungerent, (& quod Elias eis exprobrabat) in utrumque latus claudicarent. Hoc vero quid ad nos? qui tantum abeſt, ut idolorum cultum ſectemur, ut nemo per Dei gratiam idola averſetur magis. Abſit ergo, ut Proteſtantes ſeſe con-

jungentes, verum Dei cultum cum idololatria conjunxisse ulla ratione dici viderive possint.

MOTIVA XV.

QVod si idcirco Calvinistæ in societatem Augustanæ Confessionis admittēdi sunt, quia Papatum oppugnant, & Evangelium profitentur, quidni ex iisdem rationibus etiam Schvvencfeldiani, Anabaptistæ, ipsiq; Ariain in eandem Augustanæ Confessionis societatem recipiendi & tolerandi fuerint, quandoquidem hæ sectæ non minus quam Calvinistæ Papatui nuncium miserunt, seque opposuerunt?

RESPONSIO.

RATIONEM hanc vel Catechumenus aliquis, doctrina Dialectica mediocriter imbutus, dixerit esse fallaciam non causæ: habere collationem plane dispa-rium. Ad conjunctionem namque Evangelicorum non sufficiens causa est, Papatus oppugnatio nec Evangelii professio, aut de eo gloriatio. Nam & Turca Papatum oppugnat, & Papa Evangelium suum facit. uti etiamque etiam hæretici alii faciunt. Atqui causa conjunctionis ea demum vera esse debet, quod Evangelici omnes utriusq; partis non modo à Papæ abominationibus communiter secessionem fecerunt (de quo hæretici dicti quoque glo-

riantur) ſed etiam, quod circa hanc ſeceſſionem duo habent, quæ hæretici non habent: UNUM, quod veritates, quas Deus electis ſuis in Papatu conſervare dignatus fuit, nos etiam propter Scripturas ſacras agnoſcimus. Neque enim Papatus omnes veritates ſcripturæ abiicere potuit, alioqui ANTICHRISTUS thronum ſuum in Eccleſia erigere, regnumque ſibi parare nunquam potuiſſet. ALTERUM quod omnes Evangelici in fundamentalibus Catholicæ fidei articulis, reliquiſque Theologicæ doctrinæ capitibus, prout in Confeſſione Auguſtana aliiſque Evangelicorum confeſſionibus explicati habentur (pauculis exceptis) vere conſentiunt. Atqui neutrum iſtorum de Schwencofeldiana, Anabaptiſtica vel Ariana hæreſi vere confirmari poteſt. Repudiant enim illæ quidem craſſiores Papatus errores & abuſus: *de invocatione ſanctorum: de una ſpecie Sacramenti: de cœlibatu Sacerdotum: de miſſa: de pœnitentia & confeſſione: de diſcrimine ciborum: de votis monaſticis: de poteſtate ſeculari prælatorum &c.* qui etiam in Auguſtanæ Confeſſionis ſex poſtremis articulis reiiciuntur. Sed præter hos errores Papatus, etiam repudiant veritates fundamentales, & contra tuentur blaſphemias horrendas, Evangelio & Auguſtanæ Confeſſioni repugnantes in omnibus prope Articulis. *De Deo & S. Trinitate, de peccato originis, de perſona & officio, ſatisfactione & merito Chriſti, de iuſtificatione peccatoris coram Deo: de Eccleſia, de miniſterio Eccleſiæ & de vocatione miniſtrorum eius: de Baptiſmo: de S. Cœna Domini: de uſu ſacramentorum: de magiſtratu civili, & de jure gladii: de juramento: de libero arbitrio & converſione hominis ad Deum, de fide & bonis operibus, &c.* Atqui in hiſce articulis omnibus Evangelicorum utriuſq; partis eſt verus ſolidusque conſenſus, pauculis, ut oſtendi, ſcholaſticis

conclusionibus exceptis, de quibus supra multoties est tractatum.

UNDE liquet, vel *Motores* hos rerum & controversiarum Theologicarum nostri temporis parum peritos esse, vel contra conscientiam Ecclesias nostras (de quarum fide & religione publica nostra scripta satis loquuntur) cum damnatis ac pestiferis illis hæresibus involvere: saltem ut hac falsa accusatione Status Evãgelicos adversum nos concitent, eosdemque à conjunctione tam necessaria pro sua virili absterreant,

MOTIVA XVI.

QUantopere autem offensus fuerit Deus, quoties Ecclesiæ Reges & Principes cum externis Magistratibus à vero Dei *cultu alienis, & impuram religionem sectantibus, familiarius conversarentur, & fœdera vel affinitates contraherent: universa Scriptura sacra cũ primis Veteris Testamenti historia testatur. Cum enim Iosaphat, inita cum impio Achabo affinitate, cum eodem in bellum profectus, indeq; domum reversus esset, his verbis à Propheta divinitus misso exceptus legitur* 2. *Par. 19.2.* An impio decuit te ferre opem, & osores Jehovæ diligere? & propter hoc super te ira à facie Jehovæ.

RESPONSIO.

HÆc ratio cum XIV. eiusdem notæ est, pariter abutens sacræ Scripturæ exemplis & dictis, in causa toto genere dissimili. Non ignoramus, sed ipsi docemus, illicitum esse Christianis Principibus cũ infidelibus, notoriis veri Dei hostibus, etiam in civilibus, nedum in fidei negociis, familiaritatem, commercia & fœdera non necessaria, periculosa aut scandalosa contrahere: Id vero facientes sauciare conscientias suas, & iram Dei in se concitare. Id quod Josaphato optimo Regi contigit, cum contra monitum Michæ Prophetæ arma sua adversus Syros conjunxisset cum impio Achabo, quem dixerat Deus *venditum esse ad faciendum malum in oculis Iehovæ*: & historia sacra, *fecisse peius in oculis Iehovæ, quam omnes Reges, qui fuerũt ante eum, nec contentum cultu vitulorum, coluisse Baal Idolum Sidonium fecisseq; rem abominabilem valde, eundo post idola, iuxta omnia quæ fecerant Emoræi, &c.* QUOD vero Ecclesiæ reformatæ in Germania & vicinis regnis Gallia, Britannia magna, Polonia, Ungaria, Bohemia, (quas *Motores* hi Calvinianas vocant) horrendis ejusmodi idolis & abominationib. quidquam affine habeant, vel cultum nõ verum impuramve religionem sectentur: nunquam profecto demonstrabunt: Neque ad demonstrationem criminationis hujus satis erunt.

Reg. 21. 25. Reg 16.31. Reg. 21. 26.

VIS dicam vero, Achabicæ & Emorææ abominationes hodie ubi sint? Adspice idola & abominationes plus quam Baaliticas in papatu. A Papatus igitur commercio quocunque cavendo, proculque fugiendo, erat cur Principes suos isti hortarentur. At tantum abest, ut à Papistarum consortio eos dehortentur, ut palam editis scri-

ptis conſulant, in comitiis & tractatibus publicis Papiſtarum familiaritatem ſectandam, Orthodoxorum vero Principum converſationem vitandam eis eſſe: nec diſſimulant aliqui, malle ſe ſuaſq; Eccleſias ad Papatum deficere, hoc eſt, ad vomitum redire, Babylonem reverti, beſtiam ANTICHRISTI denuo adorare, quam Reformatis Eccleſiis accedere. Nec neſciunt tamen iſti (palam enim id ſcribunt ac profitentur) Papatum eſſe regnum ANTICHRISTI: Papam eſſe ANTICHRISTUM occidentis: ſceleratum perditionis Filium, Chriſti adverſarium, beſtiam ad inſtar agni bicornem, ſed loquentem inſtar Draconis: meretricem deniq; Babylonicam, abijciendam cum Pſeudoprophetis ſuis in ſtagnum ignis & ſulphuris, ubi crucientur dies noctesq; in ſecula ſeculorum. Hoc Antichriſti regnum, huncq; Antichriſtum non ſecus atque ipſum diabolum omnes fugere, averſari voluit, monuit, præcepit quondam LUTHERUS. Cum hoc vero Antichriſti regno, cumque hoc Antichriſto potius quam cum Reformatis Eccleſiis familiaritatem colere ſuadent iſti LUTHERI diſcipuli. ô tempora! ô mores!

O dirum exitium Livor mortalibus!

Serva, ô Deus, Eccleſiam tuam in Germania à tam horribili ruina, & averte à ſervis tuis tam veſana conſilia, quæ miſeram patriam in æterni exitii barathrum denuo præcipitarent.

MOTIVA XVII.

ET quanquā ad coniunctionem perſuadendam Calviniſtæ, nec non alii quidā Augu-

stanæ confeßioni Zelosè addicti Status prætexere solent: in Comitiis plerunq; non de Articulis fidei Christianæ disputari, nec de repetitione Augustanæ Confeßionis agi: sed de gravaminibus Ordinum proponendis tractari: proinde inter religionis negocia & inter civilia gravamina merito discernendum: neq; à Calvinistis adeo prorsus secedendum esse: tamen hæc astu quæsita distinctio ad rem (quæ eius est magnitudo) parum facit. Quantumvis enim in Comitiis ipsa confeßio Fidei raro in quæstionem veniat: tamen sub titulo & nomine Statuum Augustanæ Confeßionis Religio nostra cum omnibus ad eam pertinentibus punctis per consequentiam quandam intelligitur. Itaque quoties hic titulus subscribendus est, atq; querela instituenda, quod Statibus ob Augustanæ Confeßionis Religionem varia gravamina variæque molestiæ intententur: ea res vulgo accipitur ita, quasi omnes utrinq; eandem per omnia religionem sectemur. Adde, quod gravamina pleraq; ita sunt comparata, ut non unius generis, sed varia sint. Et quamvis in negociis mere politicis, quæ Pacem publicam, aliasq; Imperij

constitutiones concernunt, iisq; nituntur, cum illis qui religioni nostræ adversantur, consilia conferre, & unam, quod dicitur, personam agere, concedi posset: tamẽ secus comparata sunt gravamina ea, quæ religionem concernunt, & ex pace Religionis decidi atque componi oportet.

RESPONSIO.

AD HANC rationem bene longam & implicatam, brevis & plana est responsio, rursus fallaciam non causæ committere Motores, & prætensam causam non faciendæ conjunctionis nullam prorsus esse. Nam, non obstante periculo, quod ridicule prætenditur, ne, si Status Evangelici gravamina, religionem suam directe vel consequenter concernentia, una cum Calvinistis sub titulo Statuum Augustanæ Cõfessionis exhiberent, omnes utriusque partis eandem prorsus religionem sectari videantur: notum certumque est, fatente etiam Autonomiæ authore Papista (ut supra ad motivam III. ostensum est) Status Evangelicos jam ante XL. & amplius annos Augustæ in Comitiis, non modo in civilibus, sed etiam in confessione sese conjunxisse, ac deinceps anno LXXV. & LXXVI. gravamina Religionem & pacem Ecclesiasticam spectantia, communicatis consiliis & studiis contulisse: quantumvis nec tunc deessent flabella, quæ prætextu periculi Ordines cõjunctos dissociare conarentur, prout isti etiam conantur. Verum enimvero laudatissimi Status Imperii id potius considerarunt quantumvis in articulo

de S. Cœna discrepantia quædam sententiarum esset: in fundamento tamen fidei & salutis omnes concordare: dissociatione vero sua non modo Papistarum vires augeri, sed gladium iisdem in manus ad se feriendum præberi: quam conjunctionis causam ipse Author Autonomiæ expresse protulit.

PERICULUM vero prætensum non erat cur metuerent: quandoquidem vulgo haud ignorabatur, neq; Cæsaream Majestatem latebat, quatenus Evangelici ordines in religione consentirent, & in quibus nondum convenirent: Id cumprimis ponderantes, non quasvis Theologorum argutias pro fidei Catholicæ articulis habendas esse: controversiam vero de S. Cœna ut olim componi potuit, & composita fuit: ita deinceps etiam componi posse. Inde manifestum est, vel, *Motores* hos πρᾶξιν Statuum Augustanę Confessionis (ad quam ratione ix. provocabant) inconsiderate rursus damnare, Statusq; imprudentiæ non dissimulanter accusare: vel rationem hanc prorsus frivolam ineptamque esse.

MOTIVA XVIII.

QVantũvis etiã ferventioris zeli ordines Augustanæ Confessionis à nonnullis insimulentur πρεσβεία, *quasi separatione sua sese Calvinistarũ iudices constituant, eosq; ab Augustana Confessione, & consequenter ex pace Religionis excludere, sicq; Imperialium Constitutionum beneficiis, immunitatibus, atque*

tutela

tutela Imperij privare: & hostium persecutionibus atque gladiis obiicere conentur: in eam tamen suspicionem immerito illi vocantur. Neminem enim (quisquis tandem is sit) ex pace sacra, vel profana exclusum illi cupiunt: sed quibusvis eam libenter concedunt: modo ne ab ipsis, pacis externæ causa, quicquam, quod verbo Dei *ipsorumque conscientiis adversum sit, flagitetur.*

RESPONSIO.

ETSI dubium non sit, Status Augustanæ Confessionis à tam nefario conatu toto pectore abhorrere, imunesque esse: si tamen consultorum istorum, & quotquot eis adstipulandum duxerint, institutum spectetur: profecto hæc est contraria facto protestatio, & cruenti consilii fucata incrustatio. Nonne enim Calvinistarum, quos vocant, JUDICES isti sese constituunt, religionis pace eosdem excludunt, gladiis adversariorum obijciunt, dum eos ut infideles damnant, non magis quam Scwenckfeldianos, Anabaptistas, Arianos, Augustanæ Confessionis socios agnoscunt: Pace religionis non comprehensos esse contendunt, Cæsaris indignationem minitantur illis, qui se eis conjunxerint: deniq; quantum in se est, eosdem pace publica indignos non uno modo aperte pronunciant? Nonne exstant publicæ eorum disputationes in Academiis propositæ, atque inculcatæ iuventuti, Calvinistas esse Confessionis Augustanæ alienos, pacis publi-

cæ inhabiles, non esse Christianos, sed atheos, Turcis deteriores, cacodæmones meliorem ipsis de Christo fidem habere, Deum eorum esse Diabolum, & id genus horrenda infinita? Quid restat, nisi ut carnificem cervices eorũ ferire jubeant? Qui enim pacis capaces non sunt, ijs bellum utiq; & gladius paratus esse intelligitur.

DUM igitur Consultores isti causantur, *neminem sese cupere pace exclusum, sed pacem omnibus libenter concedere*, perinde mihi philosophari videntur, atq; si in castro ab hostili exercitu undiquaq; obsesso alij alios per vim eijciant: ꝓtestentur tamen, non cupere se quenquam exclusum, sed protectionem ipsis libenter concedere, nec velle se eos mucronibus hostium trucidandos objcere: vel si in navi tempestatibus jactata, alii insurgentes in alios, in mare eosdẽ extrudãt: causentur vero, cuivis se navis beneficiũ libenter cupere, nec se reos fore si illi, quos expulsum eũt, fluctibus absorbeantur. Nunquid hoc ludere est in re seria? & pueri nunquid has strophas intelligũt?

ABSIT vero, ut conjunctione ista à Statibus Augustanæ Confessionis quicquam flagitetur, quod verbo Dei adversetur, aut eorum conscientias lædere possit. Motorum hæc est inconsiderata nænia, ad motivam 1. satis discussa. Potius hi apud animum reputent suum, qua conscientia innoxios ipsi pace publica spoliare, Ordines cõjunctos motivis tam futilibus dissociare, Magistratibus suis conjunctionem saluberrimam summeque necessariam dissuadere, Ecclesias Evangelicas, quantum in se est, ANTICHRISTO prodere: denique de his omnibus Deo judici aliquando respondere queant.

MOTIVA XIX. & ULTIMA.

QUANQVAM *etiam Calvinistæ variè multumq; prætendant, vel hoc nomine Evangelicorum adversus Papistas coitionem fieri posse ac debere, quod in fundamento inq; præcipuis fidei Catholicæ articulis, in quibus salus nostra consistit, nobiscum ipsi consentiant, dissensiones vero tantum de parergis & disputationibus esse, quæ tamen Christiana moderatione accedente facile componi possint: tamen postulato huic locus dari nequit. Etenim si ad trutinam verbi divini controversiæ nobiscum illis intercedentes appẽdantur, fundamentum fidei Christianæ sat graviter attingere deprehenduntur: neq; qui disputationes hasce excitant, stipulas aut ligna super fundamento, quod est* CHRISTUS, *ædificant, sed potius in verum lapidem angularem, & fundamentum unicum nostræ salutis, manus immittunt, &* CHRISTI *profunda atque ineffabilia mysteria, quæ corpore & sanguine suo sancivit, in controversiam atque dubium vocare conantur.*

RESPONSIO.

QUod Rhetores præcipiunt, ad cauſam non bonam ſpecioſe muniendam argumenta validiora in principio & fine collocanda, imbecilliora in medium confertim ſtipanda eſſe, ut quæ robore non valent, numero pondus habeant: Id iſti conſultores probe obſervaſſe videntur. PRIMA namque & ULTIMA hæc motiva ad conjunctionem turbandam plurimum valere poſſunt, & mutuas operas tradunt: quoniam hæc ultima ſuccenturiata eſt primæ. Quod enim nos in præcipuis fidei capitibus aliter quam illi doceamus, nunc demum probare velle videntur, aſſerendo nos in ipſo fundamento diſcordare ab ipſis. Intermediæ quæ fuerunt, rationes politicæ non Theologicæ, neſcio triviales gerræ, an motivæ ſolidæ dici merantur.

Evangelicorũ Cõſenſus in fundamento. Cõtroverſia quales

DE DISCREPANTIA doctrinæ noſtræ & ipſorum plus ſatis hoc *Irenico* eſt diſputatum: & ad primam præcipue motivam demonſtratum, ſi æqua lance ponderentur ſingula, in fundamento fidei conſenſum Evangeli-
1 corum eſſe: controverſias vero eſſe VEL de adiaphoris, ut de orbicularibus hoſtiis, de feriis, de capitis apertione, & geniculatione ad pronunciatum nomen Jeſu, de
2 Decalogi diſtinctione, &c. VEL eſſe diſcrepantes ſententias non de fide ſalutis, ſed de concluſionibus Theologicis ſcholaſticis, quæ ad ſalutem animarum magna parte nec ſcientibus multum proderunt, nec ignorantibus no-
3 cebunt, de quibus cap. XXVI. VEL eſſe diſſimiles quorundam ſcripturæ doctorum interpretationes, verbi cauſa, an Gen. 1, 1. vox pluralis אלהים proprie importet Trinitatem perſonarum in Deo? An Gen. 3. 15. ſemen ſerpentis & ſe-

men mulieris proprie diabolum & CHRISTUM denotet: an Genes. 4. 1. *Acquisivi virum Dominum*, legendum sit, an vero, *Acquisivi virum Domino*? An Genes. 19. 24. *Pluit Iehova à Iehova*, sit idem, quod *Filius pluit à Patre*? An illud Jeremiæ 31. 22. *Fœmina circumdabit virum*, sit idem, quod *Maria concipiet puerum Iesum*? & id genus alia: in quibus quia *Calvinus* in commentariis suis ab aliis interpretibus, aliquid variat: Calvinistæ idcirco Judaizantes, Turcizantes ex cathedris vulgo traducuntur: VEL esse calumnias & articulos falso illis impositos, de quibus cap. XXIV. & XXVIII: VEL deniq; esse alterius partis stipulas, quas fundamento superædificat, de quibus ibidem. Quæ omnia sic se habere, ad collationem ubi ventum fuerit, demonstrare parati sumus.

CONTRA vero hac ultima ratione asseritur: controversias esse non modo de stipulis & lignis fundamento superstructis, sed *attingere*, hoc est, ut ego intelligo, lædere ac labefactare ipsum fundamentum. Quod ut, an sit verum, cognoscatur, definiendum videtur, saltem rudi Minerva, quōdnam sit fundamentum fidei & salutis Christianæ: & quid sit quod isti obscure dicunt, *fundamentum attingere*.

FUNDAMENTUM Græcis θεμέλιον seu ἑδραίωμα *fulcimentum*, German. grundfeste, proprie est illud, quod imo loco ad sustinendum ædificium subtus struitur, & absque quo domus stare non potest. Ita fidei & salutis nostræ fundamentum erit illud, quod omnibus Christianis præcise ad salutem creditu est necessarium, & absque cujus fide salutem nulli consequuntur. Fundamentum hoc uno verbo est JESUS CHRISTUS, juxta a Apostolum, quod, quid sit, idem declarat alibi b *Estis superstructi super fundamentum Apostolorum & Prophetarum, cuius imus angularis là-*

Fundamentum quid sit.

a *1. Cor. 3. 11.*
b *Eph. 2. 20.*

TERTIUM eſt *Precatio Dominica*: ad quam pertinet doctrina de gratitudine hominis erga Deum pro liberationis beneficio. quæ in vera converſione hominis ad Deum, & in vera Dei invocatione conſiſtit. Proinde doctrina de bonis operibus & de precatione huc refertur.

QUARTUM denique eſt *de Sacramentis*, ſeu ſignis ſacris, noſtræ infirmitatis ſublevandæ cauſa, Evangelio divinitus annexis, quod non ſint ſacrificia, nec opera meritoria nec teſſeræ tantum Chriſtianorum, ſed ſigilla gratiæ Dei erga nos, ad fidem noſtram per ea excitandam & confirmandam à Deo inſtituta: & quod idcirco requirant fidem Evangelii: Speciatim de *Baptiſmo*, quod ſit ſacramentum ſpiritualis noſtræ regenerationis: Et de *Cæna Domini*, quod ſit ſacramentum ſpiritualis noſtræ alimoniæ ſeu κοινωνίας noſtræ cum corpore Chriſti tradito, & ſanguine eius fuſo pro nobis in remiſſionem peccatorum.

IN HIS capitibus, noſtra quidem ſententia, ſi populariter loquendum ſit, fundamentum fidei & ſalutis Chriſtianæ latiſſime extenſum, conſiſtit. Hæc enim qui fide tenuerit & fecerit, ſalvus proculdubio erit, quantumvis reliquas diſputationes Theologorum ignoraverit. Qui vero hæc ignoraverit, vel ſciverit quidem, fideli autem corde non tenuerit, nec fecerit, ſalvus eſſe non poterit, quantumvis omnem ſcientiam, omniumq; myſteriorum cognitionem habuerit.

IN HIS ipſis tamen capitibus diſcrimen aliquod eſſe poſſe libenter etiam conceſſerimus. Nam alia aliis magis vel minus ad ſalutem ſunt neceſſaria: Unicum caput eſt abſolute neceſſarium omnibus ſalvandis doctis juxta & indoctis in urbibus & pagis, CHRISTUS JESUS, *quod ſolus ſit factus nobis à Deo ſapientia, iuſtitia, ſanctificatio & re-*

dem-

demptio, juxta illud Petri Act. 4.12. *Non est in alio quoquam salus; nec enim aliud est nomen sub cælo quod datum sit inter homines, per quod oporteat nos servari*: Et Act.10.43. *Huic omnes Prophetæ testimonium dant, remissionem peccatorum accepturum per nomen eius quemvis, qui credit in eum*. Et Act.13 38. *Per hunc annunciatur vobis remissio peccatorum: Et ab omnibus, à quibus per legem Mosis justificari non potuistis, per hunc omnis qui credit, justificatur.*

ADDO ſententiam AUGUSTINI de fundamento & capitibus aliis fidei: Lib.1. contra Julian. cap. 2. *Alia sunt*, inquit, *in quibus inter se aliquando etiam doctissimi atque optimi regulæ catholicæ defensores, salva fidei compage, non consonant: & alius alio de una re melius aliquid dicit & verius. Hoc autem, unde nunc agimus, ad ipsa fidei pertinet* FUNDAMENTA. *Quisquis in Christiana fide vult labefactare, quod scriptum est*: Per hominem mors, & per hominem reſurrectio mortuorum: Sicut enim in Adam omnes moriuntur: ita & in Chriſto omnes vivificabuntur: TOTUM, *quod in Christum credimus auferre nititur*: Et in eandem ſententiam l.2. de peccato Orig.ca.34. *In causa*, inquit, *duorum hominum, quorum per unum venundati sumus sub peccato: per alterum redimimur à peccatis, per unũ præcipitati sumus in mortem: per alterũ liberamur ad vitam: quorum ille nos in se perdidit, faciendo voluntatem suam, non eius à quo factus est: Iste nos in se salvos facit, non faciendo voluntatem suam, sed eius à quo missus est. In horum ergo duorum hominum causa, proprie* FIDES CHRISTIANA *consistit*. Duo igitur facit Auguſt. fundamenti capita: doctrinam miſeriæ humanæ in Adamo: & doctrinam liberationis noſtræ in CHRISTO.

HABEMUS quid ſit fundamentum. An hoc fundamentum Evangelici concorditer teneant, an item hæretici & Papiſtæ id teneant, videamus.

Sane quantum eius nos intelligere possumus, omnia illa fundamenti capita, cum primis, quæ ad causam duorum hominum, de quibus Augustinus, pertinent, omnes *Evangelici* EX PROFESSO conformiter tenent, credunt, docent, & contra Papatum atq; hæreticos alios defendunt: Antitheses quoque singulorum capitum omnes *Evangelici* EX PROFESSO concorditer negant, reijciunt, damnant, neque quicquam, quod eis adversum sit, recipiunt.

A *Schwencfeldianis* contra, *Anabaptistis & Arianis* supra memoratis hæreticis, si non singula, plurima tamen fundamenti capita EX PROFESSO negantur & evertuntur: ut supra ad *motivam* XV. ostensum fuit.

Pariter à PAPISTIS & JESUITIS fundamentum hoc EX PROFESSO multis modis abijcitur vel læditur: ut in doctrina de peccato originis: de corruptione & miseria hominis: de CHRISTO unico mediatore: de unico sacrificio propitiatorio: de Ecclesia & unico eius capite CHRISTO: de gratuita remissione peccatorum: de fide justificante: de bonis operibus & eorum usu: de invocatione & cultu Dei, de Sacramentorum usu & numero, & id genus aliis præcipuis capitibus. Quicquid vero de fundamento verbaliter retinere videntur: id totum traditionibus humanis & stipulis sordidissimis in tãtum obruunt atq; depravant, ut nihil sanæ fidei & consolationis miseris hominum conscientiis relinquant. Exprobratum id fuit Papistis jam olim, in Augustanæ Confessionis Apologia Articulo VII. de Ecclesia, his verbis: *Et sanctorum Patrum scripta testantur, quod interdum stipulas etiam ædificaverint supra fundamentum, sed quæ non everterunt fidem. Verum pleraq; istorum, quæ adversarii nostri (Pa*

Patres ædificarunt quædam stipulas super fundamento.

pista) defendunt, fundamentum destruunt, cognitionem Christi & fidem evertunt. Abiiciunt enim & damnant præcipuum articulum de remissione peccatorum, quo credimus nos remissionem peccatorum consequi, non operum meritis, sed sola fide absq; operibus, per & propter Christum. CONTRA *docent illi confidere operibus ad promerendam remissionem peccatorum, sicq; opera sua, religiones & Missas suas in Christi locum substituunt: sicut Iudæi, Ethnici & Turcæ operibus suis salutem quærũt sine fide.* ITEM *docent: Sacramenta justificare ex opere operato sine fide. Qui vero fidem non necessariam ducit, is Christum perdidit.* ITEM *instituunt cultus sanctorum, quos ut mediatores invocant Christi loco, &c.* Hæc Apologia.

Ex quibus apparet: PRIMO, Ecclesias Evangelicorum utriusq; partis in fundamento EX PROFESSO & vere cõcordes esse, nisi quis malitiose ab hoc consensu recedere, vel alios arcere velit. Agnoscit & fatetur hoc ipsum infestissimus Evangelicorum hostis, Jesuita BELLARMINUS Cardinalis lib. 3. de justificat. cap. 8. Adscribam integrum locum, ut ingenuitatem hominis pars adversa videat, an improbare possit: *Neque*, inquit, *pertinet ad rem, quod dicit* KEMNITIUS, *falli Sacramentarios & alios, præter suæ sectæ homines, quoniam illi errant contra* FUNDAMENTUM *fidei. Hoc inquam, ad rem non facit. Nam si per fundamentum fidei intelligatur fides in Mediatorem Christum, non descendendo ad particulares articulos, tenent illi quoque* FUNDAMENTUM. *Sin autem per fundamentum intelligantur omnia dogmata fidei, quæ in scripturis habentur: errant quidem illi contra fundamentum, ut etiam errat ipse* KEMNITIUS: *tamen isti errores sunt in fide historica, non in fide justificante, Omnes enim* EODEM *prorsus* MODO *credunt, se iustos esse propter Christi merita imputata: & easdem promissiones fide amplectũtur. Vnde igitur*

fit ut

fit, ut illi fallantur, & non isti? DEINDE *quo certo judicio Lutherani docebunt Sacramentarios errare, se autem non errare, cum omnes jactent scripturas, & non sit apud eos ullum commune judicium, quo ipsorum controversia dirimi queant?* Hæc Bell. Ubi KEMNITIUS illud dicat, non reperi: nec multum laboravi. Agnosco enim communem istorum stylum. Certe prudentes, & boni viri hoc adversarij judicium de controversiis nostris non contemnere poterunt. Hoc est unum.

SECUNDO patet, hæreses prædictas in fundamento EX PROFESSO neq; cum Protestantibus Statibus & Ecclesiis utriusvis partis, neque mutuo secum consentire.

TERTIO patet, Papistas & Evangelicas Ecclesias pariter in fundamento EX PROFESSO longissime separari: & ideo Evangelicos à Papatu meritissimo secessionem fecisse.

QUARTO patet, falso falsius esse, quod quidam conjunctionis Evangelicæ aduersarii summo cum Evangelii despectu asseverare non dubitarunt; Lutheranos Romanistis in religione magis quam Calvinistis affines esse.

QUINTO patet, Authores motivarum hac ultima parum prudenter parumque sincere affirmare, controversias de ipso fundamento salutis Christianæ inter Evangelicos agitari.

DENIQVE perspicuum est, Ordines Protestantes à prædictis hæresibus, atque etiam à Papatu & Antichristianismo Romano, secedendi gravissimas, ab invicem vero sese separandi causas nullas omnino habere.

NUNC alterum illud dispiciendum restat, quid sit, quod isti aiunt, *controversias nostras fundamentum attingere,*

berůren/ & an graviter vel quatenus controversiæ nostræ fundamentum attingant, **hart berůren.**

FUNDAMENTO jam explicato omnem scripturarum interpretationem omnemque doctrinam Ecclesiæ, cum universa scientia Theologica à Doctorib. ita superædificari oportet, ut tota sit fidei analoga, iuxta apostoli

Rom. 12.6 præceptum: *Habentes prophetiam* κατὰ τὴν ἀναλογίαν τῆς πίστεως secundum proportionem seu congruentiam fidei.

1. Cor 3 12 *Ædificantium super fundamentum duo genera.*

HIC vero admodum dissimiliter res geritur. Nam teste apostolo, ALII fundamento superstruunt aurum, argentum, lapides preciosos, hoc est, vera & salutaria dogmata, & interpretationes analogiæ fidei evidenter conformes. ALII vero superstruunt ligna, fœnum, stipulam, hoc est falsas vel dubias, vel non necessarias, vel curiosas, nec utiles, sed noxias opiniones, fundamentum non qui-

1 Cor. 3. 15. dem tollentes, attamē obscurantes, deformātes: de quibus ædificatoribus Apostolus dicit, opus ipsorum igne (tribulationis, verbi, & spiritus divini) exurendum, ipsos vero salvandos quidem, sed quasi per ignem, hoc est, non sine difficultate, nec absque tentationum gravissimis paroxysmis.

Ædificātes secus vel contra fundamētum.

PRÆTER hæc duo ædificantium genera sunt tertii, ædificantes non super fundamentum, sed secus & contra fundamentum, ut omnes hæretici una cum capite suo Antichristo.

Quatuor modis dogmata fundamentum attingere dicuntur.

HAC declaratione præmissa perspicuum erit, quid proprie sit illud, quod motiva hæc dicit, *cōtroversias nostras fundamentum attingere:* Idque valde ambigue dici, varieq; accipi posse. *Fundamentum enim attingere* dicuntur PRIMUM ea, quæ sunt de ipso fundamento. SECUNDO ea, quæ

fundamento superstructa sunt, tanquam aurum, gemmæ, quæ fundamentum illustrant, illudque Ecclesiæ amabilius ac salutarius reddunt, sicut elegans contignatio vel tectum attingit & condecorat pretiosum fundamentum. TERTIO ea, quæ fundamento superstructa sunt, tanquam ligna, fœnum, stipulæ, quæ id quidem non evertunt aut lædunt: deformant vero & obscurius atque inefficacius Ecclesiæ reddunt: ut si marmoreo fundamento imponantur lignei parietes vel stramineæ tegulæ, non hæ quidem illud lædent vel opprimment: deformitatem vero & probrum ei afferent. DENIQUE, quæ non supra, sed secus & contra fundamentum ad eius læsionem seu directe & ex professo, seu indirecte & consequenter ædificantur, ut cum castrum juxta castrum, altare contra altare excitatur.

Controversia nostra quo sensu fundamentum concernant.

JAM nostras controversias quod attinet, agnoscimus eas, quæ sunt de dogmatibus (nam quæ de adiaphoris sunt, nunc relinquimus) fundamentum attingere seu cōcernere: sed non *primo modo:* quoniam de iis, quæ ad fundamentum pertinent, consensus est: nec *secundo modo*, quoniam etiam de auro & argento superstructo, hoc est, de interpretationib. scripturarum & dogmatibus inde ductis præcipuis & necessariis omnino consensum esse confido. Multum namque auri & argenti, divina gratia, in doctrina Evangelicorum utriusque partis consentienter reperietur, si ad Lydium lapidem probe & candide examinabitur. *Tertio modo* fundamentum eas attingere fatemur. Salvo enim fundamento afferuntur utrinque dogmata, & sententiæ sibi repugnantes. *Stipulas* profecto esse oportet, quæ vel ab hac vel ab illa parte superædificantur. Jam nostræ, an illorum sint stipulæ ἐν γούνασι κεῖται.

Atque hoc illud est, quod Evangelicis ad plenam concordiam cōciliandam unice curandum restat, nempe ut nostræ an adversæ partis sententiæ sint stipulæ, dignoscatur, agnitæq; stipulę ab agro Domini amoveantur, priusquam ignis Domini easdem corripiat atque succendat.

CÆTERUM Consultores isti ad *quartum modum* non obscure digitum intendunt, innuuntque, quasi nostra dogmata, quibus ab illis dissidemus, *fundamentum graviter attingant*, hoc est, lædant, concutiant, evertant: idq; *quia per ea Christi ineffabilia mysteria à nobis in dubium vocentur*, quod coronidis vice rationi ultimæ attexunt.

Stipula adversa partis quales sint.

ATQUI profecto, si rigidiores esse vellemus, longe solidius demonstrare possemus, opiniones ipsorum de carnis Christi UBIQUITATE, de invisibili Christi corpore in orbiculo panis latente: de ejusdem disparitione, & metaphorica ascensione in cœlum, de allegorico cœlo & inferno &c. fundamentum lædere gravissime. VERUNTAMEN dummodo illi fundamentum de duabus in Christo naturis veris, integris, inconfuse unitis EX PROFESSO nobiscum retinebunt, contrariasq; hæreses *Samosateni, Arii, Marcionis, Nestorii, Eutychetis, Apollinaris, Monotheletarum,* &c. reijciunt: omnia illa paci Ecclesiæ atque infirmitati ipsorum ex charitate condonantes, potius pro stipulis imbecillitate quadam fundamento superstructis, quam pro machinis aut structuris fundamento contrariis, ea ęstimabimus, donec opus ipsorum igne verbi & spiritus Dei in cordibus eorum exuratur, meliusque ædificare super fundamentum eis divinitus detur.

AD NOSTRA dogmata ipsis improbata quod attinet, scimus tantum abesse, ut sint fundamento contraria, ut nec stipulas esse firmiter confidamus. Absit vero, ut *in-*

effa-

effabilia Christi mysteria in dubium aut controversiam vocemus. MYSTERIA Domini profunda & ineffabilia, ejusque sacrosancto corpore & sanguine sancita reverenter agnoscimus, & fideli corde adoramus. Realem vero corporis & sanguinis Christi vivi & gloriosi latentiam in pane & vino Eucharistiæ, citra injuriam mysteriorum Domini in dubium vocare nos posse arbitramur: quia hoc mysterium neque in Domini, neque in Apostoli verbis adhuc didicimus, neque adversa pars nobis hactenus monstrare potuit. CHRISTUM vero Dominum semel, & quidem post mysterium Eucharistiæ institutum, sanguinem suum è corpore suo profudisse, mortuumque esse: amplius autem nec sanguinem suum à corpore separare, nec mori, nec in elementis mundi latere, sed sursum in cœlis corpore suo gloriose regnare, ibique fide quæri & adorari velle: Eucharistiæ autem Sacramentum in memoriam mortis eius pro nobis, & in symbolum spiritualis alimoniæ nostræ, & consolationis animarum nostrarum celebrandum esse, donec è cœlo ad judicium redeat: Hæc, inquam, profunda & ineffabilia Domini mysteria, divina gratia ex VERBO DEI didicimus, fide syncera tenemus, credimus, profitemur, & credere ac profiteri cum omnibus piis ad extremum usque vitæ nostræ halitum, eiusdem Domini gratia juvante, parati sumus: donec ex VERBO DEI aliquid melius nobis monstrabitur. HABES, Christiane lector, etiam ad postremam motivam facile præcipuam, apertam & solidam responsionem nostram. TANDEM igitur sedatis, sopitisque, uti confido, adversis ventorum flatibus, in hunc delati portum, vela contrahamus.

QUOD superest, omnes pios & cordatos viros amanter oro, ne de his controversiis, nisi momentis earum in

conservos verberare, his partem assignabit cum infidis? Quin igitur iunctis dehinc animis studiisque familiam Domini, vos vestro, nos nostro loco in pace curamus, pascimus, ædificamus, ut impleatur domus eius? BEATOS nos, quos ita facientes inveniet. Via coniunctionis parata est. Si salebræ quædam apparebunt, planior quæratur & monstretur via, qua incedamus, priusquam adventus Domini universos comprehendat. Nam *ut fur in nocte, ita venturus est, die, quo non exspectamus.*

Luc. 12. 45.

1. Thess. 5. 2.

REGES, Principes atque Ordines Evangelicos universos & singulos, ea qua par est, submissione ac reverentia obtestor, ne ob dissensionem de orali manducatione carnis CHRISTI (aliæ enim controversię tantum prætensæ sunt) diutius patiantur ovile Domini, schismate perniciosissimo, lacerari, dissipari, vastari: Ecclesias suas & Augustanam Confessionem tot modis deformari: hostium ludibriis & calumniis propositam esse: tot infirmorum scandalis cursum Evangelii retardari, intercipi. Pericula sua & posteritatis præsentanea propius observēt, quę cervicibus omnium, hinc à Romano Antichristo, inde à Thracico Tyranno certo certius impendebunt, nisi Theologorum altercationibus ponetur modus: Si tamen poni omnino unquam poterit. Fax enim, qua conflagrabit tandem Europa, erunt profecto irreligiosa de religione tum hæc tum alia certamina. ADSUNT conciliationis & pacis nostræ media. Difficultates leves vel nullæ erunt, quæ nunc videntur insuperabiles: si modo Regis Regum gloriam, & Ecclesię salutem serio quęrent, & promovere studebunt omnes. Hoc sanctum studium non est quod dubitent, quin Deus omni benedictionum genere cumulatissime sit remuneraturus, iuxta promissionem: *Honorantes me honorabo.*


DENIQVE Deum Opt. Max. supplex invoco, ut Ecclesiæ suæ dissidiis laceræ, scandalis luctuque intestino squalidæ clementer misertus, ipse SPIRITU suo consilia & studia pacis mentibus omnium adspiret, ut unum tandem in ipso sentientes, sacrosanctum eius nomen concordibus votis invocemus, celebremus, in CHRISTO Jesu Domino nostro: cui cum Patre & Spiritu sancto gloria, & honor & benedictio in secula,

AMEN.



INDEX VERBORUM ET RERUM MEMORABILIUM.

A



Q

R

S

T

V

W

Z

FINIS.

